



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Liber II. De oris Confessione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

§. IV. De revocatione doloris venialium.

§. V. De proposito vitandi venialia.

15. Secundum propositum vitandi mortalitatis se extendere ad omnia omnino debet collectivè. Ad vitandi venialia, satis est diffunditive ad aliqua. Sic idem. Ratio est, quia ex una parte omnia prorsus vitare non possumus, & ex alia unum sine alio remitti potest. Alia discrimina, vel non faciunt ad nostrum institutum, vel ad duo prædicta facile reducuntur.

De Oris Confessione.

Quædam de peccatorum Confessione in
universum.

Non oportet id explicare: ita Suar.
de pœn. disp. 22. scđ. 9. num. 2. in fine.
Sanchez in Dec. lib. 1. cap. 10. num. 71.
Coninch. de pœn. disp. 17. dñb. 8. numero
69. quia peccatum est idem siue con-
fessum, siue non confessum, tempo-
risquē quo crimen patratum est,
non habet ex parte peccati, sed merē ex
circumstantia nonse
parte pœnitentis.

2. Vnde qui generaliter confitetur, potest sine alia applicatione admiscere nova cum antiquis: etiam si id de industria ad tegendum tempus, quo peccatum committitur, non Confessario id innotescat, faciat: quia utitur jure suo, &c. Ita Henriquez lib. 2. de poenit. c. 22. §. 2. in Glossa lit. D.

3. Advertotamen aliquando esse necesse ex aliqua
 speciali ratione id explicare : idque in duobus eventibus,
 ex Delugode *pen. disp. 16. sect. 2. s. 1. n. 47*. Primo,
 quando peccatum esse reservatum, v. g. peccatum com-
 missum à Religioso tempore religionis foras se erit re-
 servatum : quod commissum in saeculo non erat : debet
 igitur id explicari, ut videatur an Confessarius, cui nunc
 Pars II.

is Religioſus conſtitetur, juriſdictionem habeat abſol-
vendi. Secundo: quando poenitens eſt in proxima ocaſ-
ſione peccandi: tunc enim debet explicari tempus pra-
ſens, ut ſcilicet Confeſſarius, vel illum obliget ad eam re-
movendam, vel ſi renuat, à beneficio abolitionis ex-
cludat. Aliqui tertio addunt ſi poenitens labore conſue-
tudine praſenti peccandi, debere illam explicare, ſed
probabilius eſt non obligari ad dicendam ex ſe peccandi
conſuetudinem, niſi à Confeſſario interrogetur, ut di-
citur infra hoc eodem lib. c. 3. §. 3.

4. Petes quoad primum casum. Quid si ille Religiosus confiteatur cum habente potestatem? v.g. cum Prælato? Respondeo tunc cum illud peccatum reservatum respectu talis Confessarii nequaquam sit; tacere tempus penitens profectò potest. Ita Delugo *ibid.*

5. Petes iterum quoad secundum casum: Quid si quid habeat occasionem proximam, sed vel non teneatur eam tollere, modo infra explicando, vel si reputeatur, ipsemet eam tollat, seu efficaciter tollere proponat? Respondetur tunc nec obligari ad aperiendum tempus. Ita *ibid.* Si quidem ratio quamobrem obligatur, jam deficit.

76. Illud approbare non valto, quod aliqui affirmant, posse scilicet sine peccato gravi pœnitentem, live ex se, live interrogatũ à Confessario positive dicere illud peccatum, quod de factò nunc commisit, esse peccatum antiquum: quia nimirum (aiunt) id est mendacium de re levis, cum non sit de re necessaria ad Confessionem: id, inquam, non approbo, non solum ex eo capite, quia teneretur interdum verum respondere quando à Confessario à quibusvis interrogatur, quæ quamvis non essent à nobis necessario dicenda, conducunt tamen ad nostram utilitatem, medicinamque: quale esset

A 3

aliquando

aliquando peccatum esse recidivum, esse ex consuetudine, &c. de quibus interrogati vera dicere omnino tene-
mur, ex Delugo *disp. 14. de penit. sect. 10.* ut etiam nos
dicemus *hoc eodem c. 10. §. 2. n. 38.* sed præcipue illud non
approbo ex alio capite, quia nimirum quando negative
se quis gerit, & nihil dicit de tempore commissi delicti,
(id quod fieri posse concedimus) certe commissum
suum præsens delictum confitetur, quia in ipsa Confes-
sione illud involvit: quare esto Confessarius apprehen-
dat illud esse peccatum alio tempore factum, non ta-
men id dicit penitens: sed Confessarius ipse per se sic
apprehendit: Ex alia parte, quia Confessarius, quando
absolvit, habet intentionem absolvendi illud peccatum,
quod potest, & à penitente dictum est, nos est peric-
ulum frustrandi Sacramentum, At verò quando positi-
vè quis dicit esse peccatum antiquum, cum sit recens:
non explicat, ne implicite quidem, suum præsens deli-
ctum, sed aliud antiquum, quod non fecit: id quod ef-
fet non fateri omnia sua peccata, quod est sacrilegium.

§. II. In confessione generali, an omnia mortalia alias
confessa aperire teneamur.

7. **N**on terrimur: atque adeo possumus omittere
aliqua peccata etiam mortalia, sed aliàs ritè ma-
nifestata, quæ est communis, & certa Theologorum
opinio. Ita Henríquez *lib. 2. de penit. cap. 12. §. in Glossa lit. D. & alij passim.* Quod si Confessarius decipiat putans
hunc penitentem ea sola habere peccata, quæ dicit, ipse
tamen penitens non mentitur, cum solum proponat
aliqua, aliqua non item, in quo nullum est mendacium.
Quid si penitens dixerit se velle generaliter confiteri, &
deinde non omnia proponat? Respondeo, nec tunc
mentiri, quia communis sensus est ipsis Confessariis
maximè notus, quod in Confessione generali non om-
nia aliàs ritè confessa aperiantur: imò etiam si mentire-
tur peccaret solum venialiter; esset enim in re levi, &
minimè ad confessionem necessaria.

Alia huc pertinentia vide infra, cum de Mendacio in
Confessione, libro hoc 2. cap. 10. §. 2.

§. III. An peccata dubia sint necessariò clavibus
subdenda.

8. **D**ubium aliud est positivum, aliud negativum.
Positivum est quando quis aliquas habet ratio-
nes, vel motiva probabilia ad credendum, v.g. se pecca-
tum aliquod commisisse, & habet alias rationes, seu
motiva probabilia ad credendum se illud non commi-
sisse. Hoc quod vocavimus dubium positivum; impro-
priè vocatur dubium: verè enim appellatur, & est iudi-
cium probabile. Negativum est, quando quis non
habet rationes, vel motiva, saltem probabilia ad cre-
dendum se peccasse; sed nec rationes similes habet, ad
credendum se non peccasse: sicuti non habet, quia ratio-
nes probabiles ad iudicandum arenæ maris grana paria
nec ad iudicandum esse imparia. Hoc enim verò propriè
vocatur dubium. His positis.

9. Certum in hac re nostra est primò eum, qui du-
bius est positivè de suo peccato: hoc est, habet rationes
probabiles, quòd non peccaverit mortaliter, & similes,
imò probabiles rationes, quòd peccaverit; non teneri
ad illud confitendum. Ita Suarez *de penit. disp. 22. sect. 9. n. 6.* aliique. Ratio est, quia se conformat iudicio proba-
bili, quod satis est, ut in rebus moralibus, iuxta rectam
rationem, quis prudenter agat, etiam relicto probabi-
liori iudicio: Ita Sanchez in *Decal. lib. 1. c. 9. n. 33.* Sylvius
in *addit. 3. p. 9. 6. art. 4. §. quaritur 3.* contra Fagundez præce-
pto *Ecol. 3. lib. 3. c. 4. n. 7.*

10. Certum est secundò: Qui probabiliter, imò cer-
to scit se mortaliter deliquisse, habet tamen rationes
probabiles, imò & probabiles se illud non esse con-
fessum, & probabiles, item habet se confessum esse; nec
teneri ad illud confitendum. Ita idem, aliique: quiquid

in contrarium dicat Coninch *de pen. disp. 7. ad 1.*
apud Dianam *p. 3. tract. 4. ref. 1.* Ratio est evidens:
huc sequitur iudicium probabile.

11. Certum est tertio. Qui rationes probabiles
se non peccasse: vel scit quidem se peccasse: sed
probabilitate iam se esse confessum, si nullas
rationes credendi contrarium non teneri ad Con-
fessionem. Ratio est eadem dicta, imò, ut patet, manifestè.

In præcedentibus notant aliqui rectè, in mortali
debet de prædictis haberi actum contritionis, non
tem præfissile confessionem sacramentalem. Ratio
quia si coram Deo tunc Fidelis sit in mortali,
charitas erga se ipsum, ut ponatur in gratia, non
est per Confessionem, vel directè per actum Contritionis
& penitentiam.

12. Certum est quartò. Si contra, habere rationes
probabiles iudicandi se peccasse, sed nullam rationem
probabilem habeas iudicandi te esse confessum, vel
est dubitare negativè de Confessione) teneri te ad illam
Confessionem. Ita Delugo *de penit. disp. 16. sect. 2. n. 38.* Sanchez
est, quia tunc possit præcepti Confessionis est, ponit
re, constat enim de peccato, deque obligatione con-
fite di: de Confessione verò facta, non constat.

Si certus sis, te peccasse, sed dubius, an illud
tum fueris confessus, dicitur mox §. sequenti.

13. Difficultas igitur solum superest de dubio
gativo, & quæritur circa culpam mortalem. An
qui negativè dubitat se peccatum commisisse, vel
commisit fuisse mortale, teneatur ejusmodi peccatum
dubium confiteri. Dubito v.g. sed nullam habeo ratio-
nem probabilem me excusantem, an occiderim
nem, vel posito quod occiderim, dubito an comi-
adventitia occiderim, obstringitne tale homicidium
in Confessione declarare?

14. Prior sententia negare posset, cui favet
quez *lib. 8. de Euch. cap. 45. num. 3. in Glossa lit. A.*
Palud. Anson. Taberni; & quidem validis ratio-
Præcipua illa est, quia in hoc casu, melior positi-
pro penitente: neque enim debet quis certo cer-
nari, aut cogi pati sententiam certam Confessionem
tumque onus subire, quantum est naturæ homini-
gili ipsa Confessio, pro delicto dubio.

Hanc sententiam novissime amplectitur Iamur
ref. 20. meritò addens, solum in articulo mortis
ex charitate sibi debita, in casu, quo post illud dubium
vel non elicit contritionem, vel non simpliciter
eramentum. Intelligo (Sacramentum Confessionis)
quo certiores sumus absolvi indirectè peccata obli-
bona fide confessa.

15. Posterior tamen sententia est communis
Theologos, qui obligant fideles ad Confessionem
lium peccatorum in prædicto dubio. Ita Suarez
disp. 22. sect. 9. n. 1. Sanchez *lib. 1. in Dec. cap. 10. ad 1.*
latè referentes. Ratio hujus sententiæ potius est cer-
seca, quàm intrinseca: nam Layman *lib. 1. tract. 1. c. 1.*
§. 4. n. 37. postquam priorem sententiam, ut sibi pro-
lem proposuisset; in fine addit se nihil hac de re
statuere Ioan. Præpositus *q. 5. de integritate Confessionis*
dub. 3. n. 107. similiter docet priorem eandem sententiam
esse speculativè probabilem, licet non sit in præ-
stere recedendum. Diana *p. 3. tract. 4. ref. 60.* videt etiam
tract. 3. ref. 5. postquam attulit ex citato Layman ratio-
pro sententia priori, concludit: *ideo in cogita, nam*
absolutè affirmativam (hoc est, posteriorem à nobis
do adductam) *sententiam teneo, Delugo de penit. disp.*
sect. 2. n. 67. ubi eruditè solvit omnes rationes, quæ
ciunt pro posteriore, quam, ut dictum est, Theologi
communiter sequuntur, tandem ab eadem communis
esse recedendum statuit, nixus eo fundamento: quia
mirum talis est usus, & praxis communis totius Ecclesie
cuius praxis cum initium non agnoscat, affirmat
test (ait) ita Christum Dominum instituisse ut
etiam peccata dubia Fideles confiteri teneantur.

16. In hac gravi difficultate dico primo prioris
tentiam interdum ratione subiecti non solum proba-

7

A 4 cio

cio est decernendum. Ita Fagundez l. 3. de precepto confessionis. 4. n. 9. Solum adverte quo major est numerus, qui affertur: majorem etiam fore numerum, qui sub illis verbis (plus minusve) subintelligitur: v. g. si dicas, *peccavi decies plus minusve*, verificabitur si peccasti octo, vel duodecim vicibus. Quod si dicas, *peccasti centies plus minusve*: verificabitur si peccasti nonaginta quinque, non autem verificabitur si peccasti octoginta vicibus, vel vicibus centum, & viginti; quare non est considerandum, nisi id, quod humano, & morali loquendi modo important illa verba, plus minusve: quod, ut dixi, iudicio prudentis est decernendum. Semper attendendo ut numerus peccatorum moraliter verus Confessori pateat.

Illud (plus, minusve) importare dimidium supra quantitatem expressam, v. g. centum plus, minus, importare, centum & quinquaginta, putat Vericelli r. 1. q. moral. 5, sed non est audiendus.

24. Quoad substantiam actus, in quo est major controversia, adhuc dico probabilissimum etiam esse penitentem non obligari ad iteratam Confessionem. Ita Delugo disp. 16. sect. 2. n. 81. Quamobrem si quis sub dubio bona fide dixit, se peccasse, v. g. & deinde comperit se peccasse, & tunc, non tenebitur iterum illud peritium tanquam certum confiteri. Ratio est, quia tale peccatum jam fuit directe absolutum in prima Confessione: ergo nova absolutione non indiget. Antecedens probatur: quia ideo tu illud fassus es, & ideo Confessor profert circa illud suam sententiam, ut nimirum illud absolvat: ergo non nisi directe licet sub conditione implicita, si fuit peccatum coram Deo. Sanè si Judex secularis reum de crimine non plene probato, seu dubio, per sententiam definitivam abolveret; non posset iterum ad crimen iure in iudicium deduci: sic Covarr. l. Variar. c. 1. n. 8. citatus à Sanchez l. 8. de marr. disp. 34. n. 57. ergo esse signum quod directe fuit absolutum. Non ita profecto quando quis absolvitur ab instantia, seu observatione iudicij, id quod fit per sententiam interlocutoriam: nam tunc ex novis indiciis, novisque probationibus potest iterum in iudicium deduci: at in casu nostro sententia Confessarii est definitiva, ut ex se constat: ergo directe illud peccatum absolvit.

25. Confirmatur, si quis dubius de excommunicatione, suspensione, irregularitate ex Delugo de penit. disp. 16. sect. 2. n. 83. voto etiam reservato, ex Sanchez l. 4. in Dec. c. 44. n. 10. petat ad cautelam absolutionem, vel dispensationem, & post eam obtentam comperiat vincula illa fuisse certa; non propterea indiget nova absolutione seu dispensatione: certe non propter aliam rationem, nisi quia absolutio fuit absolute data sub conditione, quod vincula illa adessent, sed jam aderant: ergo fuerunt perfectissime dissoluta: ita in casu nostro, & c. Hanc sententiam explicatam à n. 24. probat Th. Hurt. r. 2. mor. c. 1. dub. 8. & nimis excedit in eius censura. Verum, si operas hanc nostram sententiam pluribus confirmatam lege P. Hieronymum Fer. de scandalo & corr. d. 1. q. 78. n. 15. nostræ Soc. qui in opere nuper impresso affert inter cetera Responsum Patrum Romani Collegij de tam Provincia Austria, in prædictæ sententiæ confirmationem: ea autem pro curiosis, hæc est.

Quoad Secundam partem quod scilicet peccata quæ aliquando sub dubio confessi sumus, postmodum vero certa nobis sunt, confiteri non tenemur, Consensus, posse permitti cum non careat solidis fundamentis, & illam in suis libris defendant Leander de Sacram. l. 1. tr. 5. d. 5. q. 27. Marcus Vidalinrac de penit. q. 7. à n. 1. Martinus de Ioseph. r. 1. lib. 1. r. 8. de penit. n. 9. Caramuel lib. 2. d. 4. & Martinus Bresserus de Conf. lib. 4. c. 18. cum aliis iudicent illam probabilem.

Hactenus Patres ex Ferrantino, cui gratias ex animo ago, quod hoc loco citans meum primum Opusculum Methodi Confessionis, Aureum illud appellaverit. Tam Alchimica (fas ita loqui) fuit ejus urbanitas, ut meum plumbum potuerit in aurum artificiosa humanitate convertere.

Dignus interim ipse, ut potiore iure confiteretur, sed pretiosum sibi ducit nomen ab Antiquo confessoris integre configuratum peccatum; quod tam ipsam ab Confessariis, vel alteruter dubitant, an sit magis de veniale: si post absolutionem agnoscant eorum, attingere culpam, non fore opus nova Confessione. Sanchez lib. 1. in Dec. c. 69. Ratio est, quia parte integre apertum fuit peccatum eo modo commissum: & ex altera ad valorem Sacramenti est necesse quod penitenti, vel Confessario illud esse mortale, quod absolvitur.

27. Secundò idem dicendum cum Sa. r. de penit. ar. 1. v. n. 6. Hurt. disp. 11. diff. 5. de pen. Portell. in casu reservati. n. 7. cum quis confiteretur peccatum, vel an servatum sive iure, sive de facto dubium. De peccatis ut si dubigaretur an peccatum, v. g. abortum, vel si esset de facto effectus, ut cum constaret peccatum, vel si esset reservatum, dubitaretur tamen an factum esset. matus, atque adeo ap. penitens abortum commisit.

17. Ratio ergo hujus secundi dicti est, quod si reservatio sit odiosa, est restringenda, nec eorum recordanda peccata certa. Sic etiam dubia Hæresis non subiacet reservationi & Merolla, & Thoma Delbene. Verricelli Tr. 8. quest. mor. 24. Sic dubia Castitatis perpetuæ non subiacet reservationi, & Pontio apud eundem Verr. Sic dubia Confessionis obligat ad vitandum Fideles, ex Diana apud eundem. Sic filius expositus, quia est dubium, an intelligatur legitimus tamen reputatur, ex eodem Verricelli.

29. Tertiò, rustici, mulierculæ, puerique, qui fide suas Confessiones coram Parocho, etiam in grossiore modo exhibuerunt, licet peritiores et diiores effecti videant in multis de secessu, tamen ta dubia pro certis, & contra; unumque tamen alio se dixisse animadvertant, non sunt cogendi ad Confessiones. Sic Fagund. præcept. Eccl. lib. 1. c. 166. Re Delugo de penit. disp. 16. sect. 2. n. 15. Ratio satis superque, saltem in consilio, Confessionem peccata precepit, & directe absolvit: & ex alia praxis fidelium est hæc Confessiones non tunc quod si fideles obligarentur, omnia semper obnoxia. His ita disputatis, Inquiret quis, an commississe mortale, dubius vero, num illud confessus, an, inquam obligetur ad illud iterum Confessionem, Respondet tribus dictis. Dico primo, non obligari. Dico Secundo non scrupulosum obligari, si diuturnum tempus intercessit inter Confessionem, quam bona fide, morali præcedente, solebat exhibere, & inter dubitationem nunc illi suboritur. Dico 3. Hunc non scrupulosum obligari ad illud Confitendum si parvum tempus intercessit.

Ratio primi dicti est eadem quam dixi Cap. 1. de n. 16.

Ratio Secundi est, quia Moraliter (sunt verba posit.) Io. Præ. de integr. conf. q. 5. sub 3. n. 11. rantinum supra citatum n. 666. Impossibile est peccatum tempus positivè recordari omnium, quod confessus est, ac proinde onus intolerabile esset, si obligaretur confiteri ea de quibus dubitat, cum quando confessus.

Ratio tertij dicti est, quia ex una parte præcepto obligans ad confitenda peccata, certum est, & possessione obligandi, & ex alia, non ad illud ducta ex scrupulis, vel ex temporis lapsu diuturno vel ex alio capite, quod hic certe non apparet. At aliquis posset contrarium concludere ex eo, quod dubio melior sit conditio libertatis, quæ non est obliganda ab obligatione dubia confitendi, quæ superius Respondet. Certe fatemur, primo fuisse libertatem, sed deinde à certo peccato commissio ejusmodi libertas certo ligata ad obligationem

simè etiam in die peccasse; alia tamen in parva rusti-
corum villa, vix semel in hebdomada; qua ratione id
explicandum non esse censuimus?

40. Addit rectè Vasquez de penit. l. 1. c. 1. dub. 5.
num. 3. (quod & ea quæ §. 5. & 6. diximus confirmat)
circa numerum actuum interiorum non esse hos habi-
tuales peccatores cogendos ad explicandum frequen-
tiam & numerum per hebdomadas aut dies: sicuti dici-
mus cogi debere circa frequentiam ipsorum actuum ex-
teriorum, v. g. fornicationum; ut scilicet dicant, si re-
cordentur, quoties plus minus peccaverint per dies, per
hebdomadas &c. Ratio est, quia in his actibus internis
videtur impossibile eos ad aliquem numerum sine ma-
gni erroris periculo, siue per excessum, siue per defectum
reducere: quod periculum communiter non est in ex-
ternis.

41. Quod dictum est exempli gratia hæcenus de
Meretrice: dic cum Vasq. ib. n. 41. de fure habituali, de
usurario, de similibus: satis enim est explicare confuso
modo frequentiam furti gravis, seu iniusti lucri: v. g.
si fur, vel usurarius per decem annos, quatuor, vel quin-
que plus minus furando in mense, vel hebdomada ma-
teriam gravem.

42. Idem dic cum Vasq. ib. de eo qui passim concu-
piscit feminas sibi obvias, dicat enim: per duos annos
obvias concupivi; addatque species principales, an fre-
quenter cognatas, an facias, an conjugatas, &c. De de-
lectationibus morosis dicam infra c. 7. §. 1.

43. Idem dico cum Henriquez l. 5. c. 5. n. 9. & Fagun-
dez 2. præcep. Eccles. l. 3. c. 4. n. 11. de habente domi Con-
cubinam: satis est enim si dicat, puellam ut uxorem ha-
bui per tres annos, addatque, semel in die plus minus il-
lam cognovi. Quid enim si cognovisset solum semel in
mente: debet igitur saltem in confuso frequentia declarari.

44. Idem denique cum Delugo d. p. 16 de pen. sect. 2. 4.
n. 57 §. in colloquendi frequentia de rebus turpibus
cum peccato mortali: quando enim adest difficultas ex-
plicandi numerum, ut certè sæpè accidit male moratis
adolescentibus; sufficit explicare consuetudinem, tem-
pus, & species principales, quas inter loquendum concu-
piere, proportionaliter sicut dictum est de Meretrice.

45. Illud denique hic adverteo cum Vasq. 9. 91. de
penit. art. 1. dub. 5. n. 3. quam sequitur Delugo citatus
de penit. disp. 16. sect. 14. num. 582. quod ille qui propter
inveteratam consuetudinem non potest numerum pec-
catorum distinctè explicare, & ideo dicit tempus, ut de
Meretrice & prædictis dictum est, non tenetur postea
iterum confiteri peccata particularia, quæ sibi in me-
moriâ occurrunt, licet possit ea magis distinctè ape-
rire. Ratio est, inquit, quia jam in illa confusa narratio-
ne comprehensa, & directè absoluta fuere: juxta ea
quæ diximus supra n. 14.

§. VIII. De unitate unius peccati.

64. VNum in hoc & præcedentibus parataphis, su-
perest explicandum. Diximus, quando actus
tendunt in unum finem, atque adeo unus dependet ab
alio, facite unum in genere moris; Jam, quando unus
actus ab alio non dependet, sed sunt disparati: v. g. con-
cupivit nunc quis puellam: & hinc ad horam concupis-
cit eandem, sed independenter à primo actu, ut usu so-
let evenire sæpius; quid requiritur ad hoc ut sit unus,
& ut unum, non autem ut duo peccata sint apertenda?

47. Respondeo. Regula universalis est huiusmodi. Si
intermediat multum temporis inter actus: & ex alia par-
te actus posterior concupiscentiæ v. g. non habeatur ex
vi prioris, iudicatur distinctus actus, distinctamque
numero peccatum. At si breve tempus intericiatur
censetur facere unum cum priore: sicuti qui percussit
proximum una percussione, & deinde in eodem calore
iterum percussit; unum in genere moris actum, unum-
que peccatum commississe reputatur.

48. At difficultas subnascentur equodnam est hoc

modicum tempus? Respondeo cum Delugo dis-
p. 16. sect. 16. n. 569. decernendum id esse præter
iudicio, ut videatur an veluti eodem impetu
centia v. g. redeat quis post interruptionem
tius calore agitur concupiscat: si prius, unum
catum moraliter: si posterius, duo: numerusque
vione aut alia causa excusetur; explicandus
49. Atque hæc eadem regula usui erit ad illud
dubium enodandum. An scilicet debeas explicare
uno actu concupiscentiæ puellæ v. g. vel delectari
ter lædendi inimicum, durasse per tot vel tot
Dico ergo: cum in aliquo ex his actibus uno calore
cupiscentiæ, unoque impetu in eadem cogi
peristis, semel moraliter peccas, atque adeo
tempus explicandum. Quoniam vero quando
di actus unum, v. g. per sex, vel per decem horas
rant, impossibile moraliter est, ut id uno eodem
fiat; ideo necessarium tunc, & sufficiens erit
sex horas, vel per decem concupisci, &c. Sic
explicabuntur interruptiones; quæ humanum
lent incedere, ut dictum est superius: vel
rietur peccatum veluti habituale unum per totas
illas horas.

50. Ex his multa inferuntur, quæ maxime ad
dientiam confessionem conferre poterunt.

Blasphemia.

Primo, qui uno Blasphemæ impetu blasphemæ
dem calore licet post aliquam interruptionem
miam iteret bis, ter, pluries; satis est ex
de justis. tract. 3. disp. 41. dicere, blasphemavi
moraliter peccatum commissit. An omnes blasphemæ
ejusdem sint speciei, dicitur infra c. 3. §. 1.

Percussiones.

51. Secundò, si quis aliquem uno ira impetu
quater, vel pluries percussit, vel vulnerat, unum
peccatum committit: & Clericus si sit, qui percutit
iam unam tantum excommunicationem sic percuti-
cidi; satisque erit se fateri: *hominem vel Clericum
vixit percussi, vel vulneravi*. Ita Azor. T. 1. lib. 4. n.
quæst. 3.

Invamenta, & vota.

52. Qui simili uno impetu de eadem re perjurat
ramento asseritorio, atque iterum iterumque, eodem
lore, iurando confirmat semel peccat, iurando
dicat, *iuravi falsò*. Ita Delugo. mox cit. d. 16. sect. 14. n.
Pari modo qui eandem rem Deo vel homini promi-
cam confirmans iterato, vel juramento promi-
rio & deinde semel non observat; semel peccat, iu-
lugo, d. op. art. disp. 16. sect. 4. n. 146. cum repeti-
ejusdem voti & juramenti non mutet speciem, nec
tiplicet peccata. An omnia juramenta sint equali-
tionis dicam infra c. 3. §. 2.

Detractiones.

53. Qui unico veluti contextu continui
de altero detrahere, licet occasione data aliquam
detractionem interrumpat, & licet alias diversis
dem detractionis materias torgat; unum moraliter
catum committit, satisque erit si sic fateatur, *semel
ter de quodam detraxi*. Ita idem ib. sec. 16. n. 539. de-
beat explicare vel numerum circumstantiarum, vel
rum eorum, de quibus detrahit, dicitur infra c. 3. §. 3.

Contumelia.

54. Qui pari modo injurias, contumeliasque
superadditque unico ira fervore, licet interponat
alia verba ad injurias minimè pertinentia semel
proximum affectisse censetur. Quare sufficit si dicat
Injuria proximum. Ita Delugo ibid. n. 561.

Ministrare Sacramentum Penitentia in peccato mortali.

55. Qui Sacerdos successivè audit in peccato mortali
tali plures Confessiones unam post aliam, in

probabili non committit plura numero distincta peccata. Idem dic si Confessarius idem modicè deflexit ad alios sermones modicè facientes ad huiusmodi ministerium: unde satis erit si dicat, *audivi una vice plures Confessiones absolutionem in statu peccati mortalis ministrando. Ita idem ibid. n. 558. & sect. 3. n. 135.*

Fornicationis.

46. Contra; qui una, eademque nocte v. g. plures copulas habet cum eadem, multo magis qui plures copulas cum pluribus eadem nocte init, sicuti etiam qui plures successively occidit; debet numerum explicare copulationum & occisionum. Ita idem *ibid. n. 557. & n. 558.* Ratio est, quia hic sunt diversi omnino actus consummationis, nec unus faciens moralem unitatem cum alio: in precedentibus verò illi actus, v. g. detractionum ex faciliunt unitatem moralem, sic enim modo humano altissimi solet.

57. Hæc exempli gratia tetigisse sufficit: certa, quæ hic facere possent, suis quæque in materiis explicabuntur. Solum animadverti contingere interdum posse, ut (licet sine interruptione) transeat tamen quis ad aliam speciem peccati, tunc eam explicandam omnino esse nequaquam est ambigendum: v. g. capiti percutere, & deinde voluit occidere, ac occidisti: capiti clam detrahere, & deinde inter detrahendum supervenit detractionem, tunc etiam detractionem coram detracto exhibitam, hoc est contumeliam, præter verbera & detractionem ipsam esse Confessori aperiendam, ut de se patet. Ita Delugo *ibid. n. 59. fine.*

Petens, si quis in prædictis sic se accusaret, *Blasphemavit Paravi, Audivi Confessiones in mortali decies*: obligatur Confessarius interrogare, an id fuerit uno impetu atque adeo ex prædicta doctrina, semel moraliter; an vero fuerit in diversis. v. g. diebus, atque adeo verè & physice decies? Iuvat enim id scire ad expediendam Confessionem, & ne obligetur Confessor ad talem interrogationem. Idem quæri potest in occisione simul multorum, in desiderio ejusdem rei eodem calore repetitis, in detractione moraliter una de eodem continuata, juxta mox dicenda §. 19. n. 61. Idem in actibus turpibus de quibus mox §. 20. n. 71.

Respondendo non obligari. Ratio est, quia est etiam probabile illas blasphemias, juramenta, & similia esse multiplicia numero per multiplices actus, quamvis uno calore, seu una continuata successione factos: quare tunc Confessarius poterit huic se opinioni conformare. Explicat. Probabile est, blasphemantem uno respectu decies committere decem numero mortalia: probabile item est committere unum. Iam si penitens qui uno impetu decies blasphemavit, fateatur se emisisse decem blasphemias, verum dicit juxta priorem opinionem: illam ergo loquendo Confessarius prudenter se geret. Quod si alius penitens in simili uno impetu decem blasphemiarum fateatur se semel blasphemasse, quia opinio posterior est etiam probabilis, verum irem dicit, & juxta illam absolvendo, prudenter etiam se geret Confessarius, qui (perinde ac quilibet alius) potest sequi modo unam probabilem opinionem, modo aliam, quando non est periculum tertii, ut est forè communis Doctorum sententia, à nobis (ne erretur) explicata l. 1. in Dec. c. 1. §. 5. Lege Delugo de Euch. d. 15. sect. 2. n. 45. Castrop. l. 1. d. 2. de conf. p. 2. alios citantem.

Dicit: Fac illum, qui fateatur se decies blasphemasse, verè decem in diverso calore, seu diversis diebus, blasphemias emisisse: certè Confessarius æque hunc absolvat, atque illum, qui uno impetu decies blasphemavit deciesque se blasphemasse confessus est, & tamen ille magis, seu pluries verè peccavit quam hic. Respondendo negando in illa sententia probabili illum magis, seu pluries peccasse, æqualiter enim in illa opinione utrobique numerante ipsos physicos actus, deliquerunt.

§. I X. De pluralitate individuali malitia in eodem actu.

58. Eginus qua ratione multi physice actus unus conficere possint peccatum, nunc quo modo unus actus seu peccatum multas continere possit malitias, erit consequenter declarandum. Est gravis controversia: An sicuti (ut certum est) potest esse in eodem actu multiplex malitia specie, ut est in actu turpi, v. g. contra votum Castitatis, in quo duplex sedet specie malitia, altera contra Castitatem, altera contra Religionem utraque necessariò Confessori aperienda; ita etiam in eodem uno numero actu possit residere multiplex malitia numero. Exempli gratia. An actus unus, quo qui unico ictu occidit decem homines, habeat decem numero malitias, & consequenter omnes necessariò in Confessione declarandas? Habere decem docet Vasquez de penit. q. 91. art. 1. dub. 4. non habere contendit esse probabilius Suar. de penit. disp. 21. sect. 5. à n. 34. sed me juvat ab hac speculativa questione prorsus abstinere; & ex alio principio, deccrnerè an has malitias collocatas in uno eodemque actu sive numero distinctas, cum Vasq. sive nequaquam cum Suar. aperire Sacerdoti compellamur.

59. Dico cum Delugo de pen. disp. 16. sect. 3. à n. 133. nequaquam fideles ad id esse compellendos. Ratio abstrahens ab illa questione speculativa ducenda est ex Tridentino. Nam ex illo solum habemus præceptum confitendi singulas species, & singula numero peccata: nunquam vero apparet præceptum explicandi singulas numero malitias, quæ forte sint in singulis peccatis. Asserimus ergo à penitentibus solum explicandas species multiplicatas in eodem actu, & item omnia individua peccatorum: & quidem meritò, ut nimirum sic omnia peccata clavibus subdantur. At omnes numero malitias forte inclusas in uno eodemque peccato necessariò explicare, quia scrupulis id perplexitatibus satis erat obnoxium, cum non judicaverit benignus Dominus præcipere sub præcepto (ut ex verbis Concilij Tridentini colligitur) nos ad id obstringere fideles nequaquam possumus. Lege Leandrum apud Dianam p. 9. tr. 9. ref. 55. qui idem docet, de eo, qui unico actu voluntatis vult ad decem v. g. mulieres ejusdem conditionis accedere, aut ad eandem vult accedere pluries: satis est enim, si dicat. Vult accedere pluries ad solutam seu solutas, seu ad Conjugatas, sine necessitate exprimendi numerum obiectorum talis unicæ volitionis. Quandam necessariam explicationem habes mox n. 61.

60. Ex hac doctrina aliqua colligimus, quæ illam & clariorem reddant, & ad praxim deducant: ex quibus alia similia inferre quilibet non difficulter poterit, & nos infra, cum de singulis Decalogi præceptis agemus, alia fortasse superademus.

Occiso multorum.

61. Si simul, unica v. g. expulsionem bombardæ occidis decem, viginti, plures homines, satis est ex Delugo n. 141. si dicas, *uno ictu occidi multos*. Non sufficit autem dicere, *uno ictu occidi hominem*, seu *feci homicidium*, quia sic Confessarius intelligeret te unum tantum occidisse, atque adeo non fateris tuum peccatum, quo occidisti plures: at dicendo cum illa generalitate (*occidi multos*) intelligit, quantum satis est, peccatum, quod de facto commisisti. Propter eandem rationem modò n. 59. allatam, dicit Leander illum, de quo ibi est sermo, debere dicere. *Vult pluries accedere*: nam si diceret. *Vult accedere*, non explicaret suum peccatum, &c.

Desiderium occisionis multorum & copula cum multis.

62. Qui unico actu desiderat occidere decem, viginti, plures, ex Delugo *ibid. n. 135. sine* quique unico item voluntatis actu concupiscit copulam cum tribus, cum

cum decem, cum pluribus feminis ejusdem rationis; satis propter eandem rationem est, si in Confessione dicat, *Semel desideravi occidere plures, & semel plures feminas liberas concupivi*. Ita *ibid. n. 141. fine*

Detraçtio multorum;

63. Qui unico actu detractionis multos simul læsit propter eandem rationem non est necesse ut numerum personarum læsarum aperiat. Ita *idem ibid. n. 135. v. g. si quis detrahat familiam, vel domui, vel religioni, sive numerosa sit, sive modica, satis abundeque est si dicat, Detraxi cuidam familiam, &c.* An explicanda vel materia, vel conditio personarum in fama, vel numerus personarum coram quibus exhibetur detraçtio; infra dicetur suo loco c. 9. §. 1.

Scandalum pluribus datum.

64. Qui suo unico actu peccaminoso scandalum est aliquibus, seu occasio peccandi, ne sit sollicitus explicare numerum astantium: satis enim habebit ex Delugo *num. 135.* si dicat, *Fui semel multis occasio peccandi meo malo exemplo*. Ratio est eadem. Cetera de scandalo afferam infra §. 17.

Furtum à multis.

65. Qui unico actu bona multorum lædit, v. g. furatur bona communitalis, vel hereditatis plurium; satis est, si dicat *Furavi sum à communitate, vel ab hereditibus*, nec esse sollicitus debet explicare, quoniam personarum in illa communitate numerantur. Imò hac in re praxis communis est ex eodem *ibid. n. 136.* solum dicere, *Furavi sum rem alienam*, nihil aliud addendo: & merito, quia ille respectus ad personas in hac materia, videtur se magis materialiter habere; quam in aliis materiis: potius enim hic consideratur quid injustè contrectasti, quam à quo abstulisti. Contra sententiam à *num. 59.* allatam obicit in hunc fere modum *Diana. p. 9. tract. 9. resol. 5.* Ex hoc principio videtur inferri, Religioso habenti rem cum Religiosa, sufficere, sic in Confessione se accusare. Commisi fornicationem sacrilegam, sine necessitate explicandi votum esse, tum ex parte viri, tum ex parte femine: & tamen sicut omnes docemus à viro uxorato peccante cum femina alteri nupta debere explicari matrimonium utriusque, nec satis esse dicere, *Adulterium commisi*, ita in casu Religiosi peccantis cum Religiosa, pari modo omnes docemus, debere utriusque votum explicari. Quod autem ex Doctrina data sequeretur, non adesse necessitatem utriusque votum, & utriusque matrimonium explicandi pater, quia ejusmodi peccata sunt unus numero actus, eo modo quo est unus actus, velle per unam volitionem occidere plures, vel uno ictu reipsa multos occidere, &c.

Respondeo negando, esse eodem modo. Affirmo enim imò doceo, in dictis adulterio, & sacrilegio debere utriusque Matrimonium, & Votum declarari, sed nego in casibus, de quibus hæcenus habitus est sermo. Intereurit enim certa disparitas. Nam ejusmodi Adulter duo facit (præter peccatum contra Castitatem) & injuriæ est suæ uxori, & cooperatur cum stuprata illa ad hoc, ut ipsa sit injuria suo Conjugi. Nec dissimili modo se habet ille Religiosus: nam & violat suum votum & item cooperatur cum religiosa suum votum patiter frangente, & licet sit per unicum actum illas malitias complectentem, unde ex hoc capite non videatur necessaria major explicatio, tamen non ita est, quia ex se violare, & cooperari ad Violationem faciendam ab alio, non sunt malitiæ diversæ specie morali, certe diversissimæ sunt, quoad conceptionem hominum, hoc est, ut Cognita una non statim cognoscatur; seu intelligatur alia. Nam inde fit, ut nisi Pœnitens se magis explicet, dicatque utriusque Matrimonium, & votum, non fateatur suum peccatum, sed aliud, ut in simili diximus numero 61. Confessarius enim, dum solum audit, Adulterium commisi, Votum, fregi, ex vi horum verborum

adulterium tuum, & fractionem voti tui intelligitur vero cooperationem ad adulterium, vel fractionem terius. Non sic in casu nostræ doctrinæ: dicitur v. g. volui unico actu occidere, vel occidi multos ejusdem generis. v. g. Seculares, ex vi horum verborum plico satis superque meum peccatum ejusque speciem malitiam, quam ego commisi.

§. X. De medijs quæ assumuntur ad peccatum.

66. Triplicis generis esse possunt media. Primi differentia, ut ambulare, condescendere, &c. ad occidendum. Secundò mala sed diversa à peccato, quod ultimo intenditur, ut furari ad occidendum. Magos consulere ad adulterandum. Tertiò mala, sed ejusdem speciei: ut torpiter colloqui, tangere, & fornicandum.

67. Quoad media primi generis non est necesse explicare, quoniam media fuerint assumpta ad peccatum. Unde in prædicto exemplo satis est dicere, *Conversum inimicum occidere*. Preparavi media ad illud occidendum. Ita Coninch, *de pœnit. d. 7. dub. 7.*

68. Quoad illa, secundi sunt generis, necesse est primo ex Coninch. *ibid.* ejusmodi media declarare, deinde habent malitiam diversam specie, normamque peccati committitur. Qua ratione hæc media declaranda, dicam infra §. seq.

69. Huc reduco si forte quis medium adhibeat, quem inducendo ut ab ipso adiuvetur ad peccatum, v. g. ad occidendum: certe, tunc, id esse explicandum tanquam directam inductionem proximi ad peccatum non est dubium, ex eodem *ibid.* juxta ea quæ antea dicuntur §. 7. de scandalo.

70. Quid, si multorum opera usus es: debet explicare horum numerum, vel conditionem. Responsum Delugo *disp. 1. 9. de pœnit. sect. 1. 1. num. 476.* Iam si dicatur in consulo, *Vivis sum opera multorum ad hoc peccatum v. g. ad occidendum meum inimicum sine necessitate numerandi personas, vel explicandi pariter conditiones*. Excipe unum casum in conditione, & iterum in numero.

71. In conditione quando ratione actionis vel personæ inducitur, peccatum, ad quod inducitur distinctum; v. g. usus es opera filij ad occidendum Patrem, vel inimicum, duo specie peccata commisit, utraque sitenda, alterum est homicidium, alterum est patricium, ad quod directè induxisti filium. In numero quando ratione distantia temporis, juxta superius dicta §. 3. *num. 4.* multiplicata numero fuerint tua peccata v. g. si induxisti nunc Petrum initio anni, & Paulum fine ejusdem anni ad occidendum, tunc sunt duo distincti peccaminosi numero distincti distinctam aperienti, si induxisti simul in eodem actu plures vel singulos, sed unum dependentem ab alio, ita ut juxta superius dicta §. 5. & 6. non inducantur plures numero actus in genere moris: tunc, cum sit unum moraliter peccatum, hoc est, ut dixi, dicere, *Plures induxi unico actu, &c.*

72. Iam quoad media tertij generis, est distinguendum: si enim principalis actus, vel non est subiectus vel intentio fuit sistere in illis: sunt specialiter explicandi: v. g. Aliquis torpiter colloquitur, vel osculatur aliquo fornicandi, vel si cum animo, certe non subiecta est fornicatio, debet illa colloquia, illaque oscula cum eo animo exhibita fateri. Ratio est quia sunt tria peccata, nec nisi ea in particulari apertendo, explicari possunt. S. verò principalis actus intendatur, sequuntur: satis est ipsum actum fateri, v. g. si quis quomodo torpiter tangat, osculeturque ante ipsum actum torpiter, imò & post copulam prosequatur oscula raders, &c. sine ordine ad aliam secundam copulam. Dico satis est ex probabili sententia, si dicat, *Semel fornicavi cum femina Navarrus alique citati à Delugo disp. 1. 6. sect. 1. 6. n. 555.* & Merulla t. 1. d. 2. c. 9. *dub. 3. n. 2.* Ratio est, quia

principali actu satis explicatur ea praecedentia; vel
ratione sequentia, quae actum comitari consueverunt, quae
ad ipsum non extrahunt ad aliam speciem: nam
ad summum aggravant intra eandem, quae non
necesse est explicanda, ut paulo post dicitur §. 1. de
verborum tantis aggravantibus. Dixi, sine ordine ad aliam
speciem copulam: tunc enim certo essent explicanda:
quia jam committit aliud numero peccatum.

§. XI. De sine peccaminoso, vel non peccaminoso.

Diximus de mediis, dicamus nunc de fine, exem-
plumque charitatis gratia sit ejusmodi. Sit, qui
ad peccatum Millam die festo ad finem furandi, vel studendi,
betone manifestari talis finis in Confessione, idem so-
loqui, quod in quocumque actu commissionis, ut si quis
peccet propter adulterium, vel propter studium, debet
etiam adulterium & adulterium explicare?

74. Dico, si finis sit ex se pravus, nequaquam debet. Ita Suarez
de peccat. disp. 22, sect. 4, num. 8. alique passim. Ratio est
quia in peccato casu duplex adest specie malitia, in poste-
riore domtaxat una. Quare in casibus propositis, si Mi-
llam reliquas, vel fueris ut studeas, satis est si dicas, te
peccatum non interfuisse vel esse furatum: si vero ut adul-
terium patres, tum furtum, vel Millam, tum adulterium
esse omnino explicandum.

75. At quando utrumque est aperiendum, potestne
separatum fieri, in hunc modum, *Furatus sum & insu-
per habui animum adulterandi*? Respondeo in duobus
casibus procedere hoc dubium possit. Primo in casu,
quo prima vice unum ex his factus es, oblitus inculpa-
biliter alterius; velis postea, illud, quod oblitus fuisti,
confiteri.

76. In priore casu, Dico non posse separatim aperi-
ri. Ita Delugo de pen. disp. 19, n. 652. contra Suarez de pe-
nit. disp. 12, sect. 2, n. 9. Ratio est quia non explicares pec-
catum quod fecisti, sed significares te duo peccata fa-
ctisse, quod non est verum; Sacerdos enim dum audit
te furatum esse, & deinde te voluisse adulterium; ex tuo
modo loquendi duo numero peccata concipit te com-
misisse, cum tamen tu unum numero, cum duplici illa
malitia commisisses.

77. In casu posteriore Dico aperiiri posse separatim;
& sic quia in prima Confessione jam dixi me v. g. fura-
tum esse: satis habuero si in secunda Confessione dicam
Habui animum adulterandi. Ita Sanchez l. 4, in Dec. 1. 1.
n. 14. alique plures apud Bonacina disp. 5, de Sac. q. 5,
sect. 2, §. 3, diff. 1, n. 9. Ratio est quia jam subdidi clavi-
bus primam malitiam: satis igitur erit si postea expli-
cem secundam. Est autem adhibenda limitatio quaedam,
quam mox afferam num. 81.

78. Dices. At sic significabo me duo peccata com-
misisse, sicuti modo significabam in prima Confessione
Respondeo non ita esse: nam quando illa separatim sit
in eadem Confessione; ego ex modo loquendi signifi-
cabo duo peccata commisisse: at quando id facio in
secunda Confessione: non significo me commisisse
duo peccata, sed praescindo: possum enim secunda vice
confiteri idem peccatum, quod aliis sum confessus, atque
adeo dum dico me adulterium voluisse: non significo
me adulterium solum voluisse, ut ex modo loquendi si-
gnificabam in prima Confessione.

§. XII. An peccatum continens multas specie malitias
dividi in Confessione possit.

79. Ex proximè dictis solvitur celebris illa & uni-
versalis dubitatio, an malitia, seu circumstan-
tia, quae necessario in Confessione sunt explicandae ape-
riant separatim: v. g. qui habet votum castitatis, pec-
catum contra ipsum, utrum possit, dividendo peccatum
sic se accusare: *Peccavi contra castitatem, & insuper pec-
cavi contra votum à me emissum*: an verò obligetur sic
Pars II.

unum loqui, *voti castitatis à me emissi reus, contra ip-
sum delinquit*.

80. Dico simili ratione qua §. praecedenti diximus,
posse nos hic dubitare, Primò in casu primae Confes-
sionis. Secundò in casu secundae Confessionis, quando
forte in prima alicuius necessariae circumstantiae fueris
inculpabiliter oblitus. Et simili quidem responsione Di-
co in priore casu non posse, posse verò in posteriore.
Rationes sunt eadem, eodem superiore §. à nobis allatae.

81. Supponimus tamen tum ibi, tum hic malitiam
non explicatam in prima, posse solum explicari sufficien-
ter in secunda: v. g. in casu voti praedicti, potest; quia
dicendo in secunda Confessione, *peccavi contra votum*,
ita malitia in prima Confessione omissa declaratur. At
in peccato v. g. violentiae; non potest: Si enim quis,
exempli causa, violenter puellam cognovit, & prima
Confessione dixit, *se cognovisse puellam*: si in secunda di-
cat, *se violentum in quadam personam fuisse*; non suf-
ficienter explicat peccatum in ultima specie à se com-
missum: violentum enim esse contra aliquem, est quid
genericum ad violentum in re, in persona, in honore.

§. XIII. An peccatum complexens plures numero malitias
dividi in Confessione possit.

82. Sed jam suboritur alia dubitatio. Diximus de se-
paratione malitiarum specie distinctarum: quid
de divisione numerica? Aliquis v. g. unico ictu duos ho-
mines interemit: potestne se accusare in hunc modum?
Occidi unum hominem, & deinde, Occidi alium hominem.
Sic etiam si forte eriperit quis centum aureos, licetne
sic fateari? *Furatus sum quinquaginta, & deinde, furatus sum
alia quinquaginta*.

83. Dico in prima, eademque Confessione non lice-
re. Ita Valquez q. 91, de pen. art. 1. dub. 3, quia juxta supra
dicta non explicatur peccatum commissum, sed duo
peccata, quae commissum non sunt. Superest ergo solum
decernere de secunda Confessione, quando forte quis
in prima inculpat & sine solo factus est suum pecca-
tum sub una malitia, sed deinde recordatus vult aliam
confiteri: potestne hanc solum manifestare? Dico iti-
dem, cum Delugo de pen. 16, disp. 16, sect. 1660 juxta
superius dicta, posse, sed sub limitatione allata n. 81. id-
est quando in secunda Confessione explicari potest ma-
litia omissa, sine mentione, seu sine consortio alterius
jam manifestatae Ratio est eadem ac ibidem dicta.

84. Hinc collige, quia in homicidio duorum uno
ictu perpetrato, violatum est duplex ius duorum homi-
num; licebit tibi in secunda Confessione dicere tantum,
Occidi hominem: quia satis explicabis malitiam non-
dum clavibus subdidi. Ita etiam in unico furto, quod
gravior laesit duos; propter eandem rationem. At in
furto centum aureorum v. g. quo laesisti ius fortunatum
unius tantum hominis: si in prima Confessione dixisti
te furatum esse quinquaginta, & deinde in secunda, *te
alia quinquaginta esse furatum*; non satis explicares pec-
catum tuum: quia explicares à te violatum esse ius for-
tunatum in quinquaginta, quod nunquam fuit: necesse
igitur tunc erit aperire iterum peccatum tuum, id est *fura-
tum te esse centum aureos*: Expeditius te gessisses, si in pri-
ma Confessione dixisses *te furatum esse materiam gra-
vem*: nam ad aliud deinde non obligaberis. Sed de hac
re dicitur infra cap. 8, §. 1.

§. XIV. De peccatis ex ignorantia,

85. Vi ex ignorantia vincibili & moraliter culpa-
bili delinquit, eiusdem specie peccatum commit-
tit, atque is qui scienter. Ita Sanchez l. 1, in decal. c. 17,
num. 2. Suarez de penit. disp. 22, sect. 4, num. 14. Valquez
1, 2, disp. 11, qui limitat in infidelitate. Ratio est quia
finaliter malitia in utroque casu ex eodem obiecto su-
mitur: exemplis rem clarius proponamus. Dicimus ejus-
dem speciei homicidium fecisse eum qui occidit quem
sciebat

sciebat esse hominem, & qui occidit quem ex negligetia moraliter culpabili non cognovit esse hominem, sed putavit v.g. esse feram. Eodem modo qui Sacro interesse die festivo negligit, sive id ex consilio faciat, sive faciat ignoranter, cum tamen advertat grave debitum inquirendi, nec velit, cum possit inquirere, in idem specie peccatum incidit. Quare in utroque, & simili quocumque casu sufficit hoc modo se reum in confessione facere: *Homicidium commisi, Missam non interfui die festo, &c.*

86. Adverte tamen in duobus casibus esse ignorantiam explicandam. Primum quando ignorantia excusat ab incurrenda censura, quae subinde imponitur violanti scienter & temere aliquod praeceptum, ex Sane. *ibid.* Secundum ex eodem *ibid.* quando ob ignorantiam aliqui exponitur periculo in alia specie delinquendi, v. si ignoret statum foeminae, quam quis cognoscit: tunc enim se exponit periculo adulterij, vel sacrilegij, si nupta, vel Deo sacra sit.

87. Petes ignorantiam affectata, qua quis consulto vult laborare, ut liberius peccet, v.g. vult ignorare hunc esse diem festum, ut sine remorsu negligat sacrum, vel opera servilia exerceat: estne ejusmodi affectus in Confessione aperiendus? Respondeo non ita: quia id nec mutat speciem, immo nec notabiliter aggravat. Ita Delugo de pen. disp. 16. sect. 4. §. 6. num. 183. contra Sanchez.

§. XV. De peccatis ex conscientia erronea.

88. **Q**ui item peccat ex conscientia erronea regulariter non obligatur id explicare: Ita Sanchez lib. 1. in Decal. c. 11. n. 5. v.g. putat quis hodie esse diem festum, & tamen non interest Sacro: satis est Sacerdoti si dicat se non interfuisse Sacro die festivo. Si proiecit in flumen plumbum, credens esse aurum alienum, satis est si fateatur se projecisse alienum aurum, intelligens corde aurum putativum, &c. si non persuadens hodie esse jejunium ex praecepto, cum tamen non jejunet, sufficit dicere, violavi jejunij praeceptum, & sic de similibus. Ratio horum est quia haec in obiecto habet eandem specie malitiam.

89. Dixi (regulariter) quia interdum illa conscientia erronea est explicanda, ex Delugo disp. 16. de pen. sect. 4. n. 504. propter censuram, vel propter reservationem peccato forte connexam. Nam nec censura, nec consequenter reservatio peccati incurritur ex peccato contra conscientiam erroneam perpetrato v.g. percutit quis Petrum credens esse Clericum, cum tamen Clericus non sit; verè non incurrit excommunicationem Canonis, si quis suadente. Item peccat quis peccato v.g. perjurij putans perjurium in sua dioecesi esse reservatum, cum tamen de facto non sit, verè non committit peccatum reservatum. Idem est, si quis, putans furari aurum obolum esse peccatum mortale, & reservatum, quia forte in illa dioecesi furtum mortale est casus reservatus) obolum furetur; idem, inquam, esse: nam licet ex conscientia erronea, hic mortaliter peccaret: tamen non incurrit in peccatum reservatum: quia reservatio est odiosa, unde cadere solum debet supra furtum, ex se & ex obiecto mortale: Adde ex hac ratione fari saltem dubium an tale peccatum sit reservatum: ergo jure reservatum non erit, quia non nisi peccata certa de facto reservantur. Ita Suarez de Conf. disp. 40. sect. 6. n. 5. & 10. 2. de Relig. lib. 4. c. 5. n. 15. Hurtad. de pen. disp. 11. dub. 9. Sa V. casus reservati, num. 5. Sanchez lib. 1. in decal. c. 10. n. 74. apud Delugo de pen. disp. 20. sect. 2. num. 18.

90. Rursus conscientia erronea est interdum explicanda ad cognoscendum ipsum peccatum. Ita Delugo de pen. disp. 16. sect. 1. 2. num. 504. Si enim puer v.g. fateatur se non jejunasse die Vigiliae, & nihil aliud addat; Confessor judicabit hunc non peccasse: dicat ergo puer se credidisse fuisse obligatum.

91. Denique expedit hanc circumstantiam sapissimè explicari à penitente, ut nimirum instruat de veritate à Confessario.

92. Petes: si quis ea labore conscientia ut nesciat an id quod committit, sit peccatum an veniale; obligaturne huiusmodi conscientiam facere Sacerdoti? Respondeo id dependere a quaestione, qua universaliter quaritur, an quicquid facit contra conscientiam dicentem aliquod peccatum confusè, non determinando an sit mortale, peccet mortaliter, an solum venialiter. Quod ergo Valentia tom. 2. disp. 2. q. 14. p. 4. Navarri in 4. praedio 9. num. 9. probabiliter docent tunc peccati venialiter, quia tunc solum peccatur contra communem malitiam rationem peccati veniali: tali: quae cum abstrahat ab utroque, imperfecto genere motis, & consequenter non mortalis, non erit obligatio id confitendi.

93. Scio Vasquez in 112. disp. 59. c. 3. n. 10. in decal. c. 1. n. 7. alioque tenere tunc peccatum taliter. Primum quia cum sine alio examine tunc exponit se periculo peccandi mortaliter. Secundum virtualiter vult illud agere, qualecunque fuerit mortale. Sed licet hoc sit probabiliter dictum, si huius rationibus responderi posset. Ad primam, cum peccatum quidem mortaliter, si tamen in riculum adverteret, vel advertere se possit, id mortalis peccati se debere melius examinare adhibere ita non sufficimus in casu, in quo solum quatuor quod in praxi communiter solet contingere, scilicet conscientia operanti non offertur nisi unum commune peccati, sine accessu alterius obligandi secundum nego virtualiter cum velle qualecunque mortale: Sed aio potius velle à mortali abstrahere solum vult id, quod abstrahit ab utroque, atque ad peccatum imperfectum in genere culpae, quae non potest nisi imperfectè gravis, atque adeo non gravis. Inempla hic non nemo ponit, Verri, Tr. 2. q. 1. n. 7. quae tarentur à doctis, Fidelibus valde faverent. Primum Rusticus sciat esse peccatum, jurare falsum in iudicio, sed nunquam dubitavit, mortale an veniale, si quis ita generice dicat; potius volo peccare, quam mori, 3. si quis ita cupiat, volo furari illum librum cogitat, quanti ille liber valeat. Hi enim tres peccant venialiter, quia non apprehendunt obiectum esse grave.

§. XVI. De peccante contra praeceptum Superiorem.

94. **N**on est specie diversum, atque adeo specialiter explicandum peccatum, quo quis violat praeceptum unius Superioris, ab eo peccatum, quo quis violat praeceptum alterius: v.g. si Rex Pontifex vel Episcopus, seu, si lex humana, vel divina id præcipiant. Ita Sanchez l. 9. de Matrimonio disp. 15. n. 1. 2. 10. in 1. 2. tract. 13. disp. 3. sect. 2. Valq. 1. tom. 1. disp. 9. c. 1. Ratio est, quia si ex eodem motivo præcipiunt, materialiter se habet diversitas Superiorum. Si ex diverso motivo; jam aderit diversitas speciei, modò dicam, non quidem sumpta à diversitate Superiorum, quae diversitas etiam hic habebit se materialiter, sed à motivorum diversitate.

95. Quid igitur, si diversi superiores, vel etiam unum & idem diversis virtutum motivis aliquid præcipiant? Respondeo tum fore diversas species, adeoque Confessor potest facienda. Ita iidem v.g. idem vel diversi superiores præcipiant Missam audiri ob virtutem religionis, at jejunium præcipiant ob virtutem temperantiae, vel violatio præcepti de Missa, & violatio præcepti de jejunio, specie morali differunt.

96. Verum unde colligam superiores sub diverso tutum, vel sub eodem motivo præcipere? Respondeo de duobus capitibus, quae si rectè perpendantur ad se reducuntur. Primum ex ipso actu qui præcipitur: Superiores etiam quando præcipiunt aliquem actum virtutis semper intendunt honestatem talis virtutis, ex Delugo disp. 16. de pen. sect. 5. §. 2. n. 157. Pontifex Summus jubet audiri Missam tali die. Quia audire Missam

virtutis Religionis; censendus est intendere horum ipsam virtutis Religionis, & ex motivo istiusmodi actum precipere. Pari modo si precipiat in Quadragesima, vel vigilia, quia actus jejunium est actus virtutis Temperantiae; censendus est eodem motivo Temperantiae principaliter precipere; et eodem alio fine minus principaliter, v. g. ad colendum Christi passionem, vel ad Sancti alicuius reverentiam, id quod ad virtutem Religionis spectat, moveatur. Quia tamen finis minus principalis, qui ad illud de quo agimus, nisi expresse inducitur, in considerationem non venit; ideo speciem peccati non attribuit. Ita idem

Secundo ex ipsa materia, in qua superioris praecceptum versatur: Vt in istis exemplis, quia auditio Missae, est in materia pertinente ad Religionem; jejunium in materia pertinente ad Temperantiam; Missa ex motivo Religionis; jejunium ex motivo Temperantiae precipitur. Sic idem Delago ibid. c. n. 255.

Ex dictis collige, cur quando idem Superior eundem rem pluries, seu per plura numero praeccepta precipit, si non pareatur, unum peccatum committitur non plura: ratio enim est ex Sanc. cit. l. 9. de matr. dist. 5. n. 6. quia ex uno eodemque motivo procedit. Hinc si quis non audiat Sacrum die Dominico in quem forte inciderit festum S. Apostoli, unum peccatum committit. Si quis non jejunet die vigiliae, in qua concurrens dies quatuor temporum semel item delinquit. Ratio est supradicta, quia tunc superior ex uno tantum motivo, Missam, & ex uno, jejunium praecipisse censendus est.

Illud hic diligenter nota cum Delago citato de peccat. dist. 6. sect. 5. n. 155. maximum esse discrimen inter violationem praecceptorum praedictam & violationem voti: Nam materia praeccepta in transgrediente praecceptorum debet in Confessione explicari, quia ex materia cognoscitur, ut modò dictum est, in qua specie sit actus praecceptorum: v. g. non satis est dicere: *Non obtemperavi Ecclesiae praeccepto*: dicendum enim est: *Non obtemperavi Ecclesiae praeccepto: Missam, vel jejunium*: nam prius est peccatum contra Religionem, contra Temperantiam posterius. At verò cum omnia vota solum concipiuntur & obligant propter motivum colendi Dei, atque adeo Religionis; satis est dicere: *Non servavi votum in re meo*; sine necessitate materiam explicandi; nisi aliud forte peccatum in voti fractione includatur, ut si ille qui votum audit Missam die Dominico, non audisset: tunc enim & votum & praecceptum Ecclesiae violans duo peccata committit, contra duas ultimas species Religionis, nempe contra obligationem ex voto, & obligationem ex praeccepto, ut omnes fatentur, & nos dicimus infra c. 3. §. 2. n. 10.

De Multiplicatione Censurarum ratione plurium, praecceptorum.

Petes: Quid de multiplicatione Censurarum ex diversitate praecipientium sub censura? Prohibent V. G. Summus Pontifex, & Episcopus eundem actum. V. G. Incestum sub excommunicatione latae sententiae, duplicem excommunicationem utramque constitendam incurrit, qui committit incestum?

Respondeo sub necessaria distinctione. ex Soar. Coninc. alique, quos sequitur citatque Bonac. de Cens. in Comm. dist. 4. §. 4. n. 11. Vna incurritur excommunicatio (idem dicitur aliis censuris poenisque) si superiores sunt inaequalis potestatis, Summus Pontifex V. G. & Episcopus, qui non intendunt concedere novum jus, sed alterius confirmare. Vna item, si idem Superior; V. G. Summus Pontifex eandem excommunicationem bis, iter, pluries repetet. Vna item si sint Superiores eiusdem seu aequalis in eadem communicata potestatis. V. G. Episcopus praecessor, & Episcopus successor, etiam si novam jus constituere proficerentur. Ratio horum est, quia in his casibus, eademque censura firmatur, seu repetitur.

At verò si Superiores sint inaequalis potestatis, V. G. Summus Pontifex, & Episcopus censuramque alicui actui

Part. II.

adnectant & novum ius concedere, ex verbis legis, colligatur; plures censuram incurritur, atque omnes Confessori propalanda; etiam si illi superiores moverentur uno eodemque motivo. Ratio est, quia tunc subditi delinquens contumax est contra plures potestates, illis non obediendo, seu inobedientia sua qualibet excommunicatio adnexa.

De multiplicatione Reservationum eiusdem Peccati.

Quid si plures Superiores reservent idem peccatum? Id enim hac occasione scire oportet, ut possit nimirum cognosci cuiusnam Superioris licentia requiratur ad illud absolvendum: Respondeo non ab simili distinctione. Si enim Superiores inaequalis potestatis non ius non condant, vel si idem Superior pluries repetat reservationem illam, vel si Superiorum aequalis potestatis quilibet, hoc est Successor, & Praecessor reservat idem peccatum, etiam condendo novum ius, una est reservatio, qua restringitur iurisdictio Confessarii, nec est caput, unde reservatio duplex appareat: unde, sequitur, quod quolibet ex his Superioribus reservationem auferente, iam casus non remanet reservatus.

At si Superiores sint inaequalis potestatis volentes condere suam quisque, atque adeo novam reservationem, id quod pari modo ex verbis legis colligi debet, ut quando unus independenter ab alio reservat id peccatum plures erunt reservationes. Ratio est quia tunc iurisdictio Confessarii restringitur, & veluti ligatur à quibus potestatibus legitimis, ut supponimus, quae scilicet restringere legitime possunt: nam propterea utique ex his Superioribus suam restrictionem auferre debet, secus, aliter non auferente, altera reservatio, seu ligamen insolutum remaneat, necesse est.

Illud item hic consequenter de praedictis diversis reservationibus universaliter scire oportet. Nam si inferior, Episcopus V. G. concederet, te posse absolvere à suis reservatis, tolleretur restrictio facta ab Episcopo, sed adhuc remaneret illa facta ab Summo Pontifice, ut ex se constat. Sed quid, si contra, si Summus nimirum Pontifex idem concederet? Respo. tunc esse diligenter distinguendum. Si enim Summus Pontifex sit v. g. tibi Sacerdoti concedat. Do facultatem absolviendi omnes casus quos ego absolvere possum, tollitur quaecumque reservatio Episcopi, quia Summus Pontifex omnes casus potest absolvere.

Si verò, secundo, sic concedat. Do tibi facultatem absolviendi casus reservatos Pontifici Summo, hoc est casus quos hic tibi reservavi. Puto, esse subdistinguendum. Nam, si est idem casus V. G. Incestum eundem reservavit sibi Summus Pontifex, & eundem Incestum reservavit Episcopus novum ius condendo tollitur omnis reservatio, & à te poterit absolvi. Ratio est, quia si Summus Pontifex tibi concedit talem incestum te posse absolvi, nequit Episcopus qui est inferior, restringere eam iurisdictionem, quam tibi Summus Pontifex simpliciter concedit. At si sint diversti casus; V. G. Summus Pontifex reservat sibi incestum, & Episcopus reservat adulterium, tunc censo te non posse absolvere ab adulterio, sine Episcopi facultate. Ratio est in promptu. In hoc enim secundo modo concessionis, Summus Pontifex tibi non concedit nisi casus quos ipse Summus Pontifex sibi reservavit: at hoc adulterium non est Pontifici reservatum, ergo illud nequaquam tibi concedit.

Quod si Papa concedat sequenti tertio modo. Concedo tibi, ut possis absolvere omnes casus Pontificios: dubium erit, an concessio sit primo, an secundo modo ex dictis: Quid ergo erit statuendum?

Respondeo salva meliore sententia, statuendum esse, concessionem esse amplam, & instar primi modi, atque adeo tolli omnem reservationem. Ratio est quia hoc est privilegium, quod in nullius praedictum vergit, & quae animabus favorabile & est de concessionem potestatis quare amplè erit interpretandum.

Ex hac doctrina sequitur, quod, quando per Be. Illam concessit Pontifex Mendicantibus, ut abloquerent ab

B omnibus

omnibus casibus Pontificiis, concessit etiam ut possent ab iis, quos sibi forte Episcopi reservant. Nam ejusmodi ampla confessio facit sententiam primo modo dictam, nisi tamen fuerint à Clemente, VIII. & ab Urbano item VIII. restricti, de qua re non est hic disputandi locus.

§. XVII. De Scandalo.

100. Quando quis directè intendit peccatum proximi, sive ex desiderio ruinæ spiritualis ipsius proximi, quod tantum est in hominibus, in diabolis commune: sive ob suam commoditatem aliunde finem, quod frequentissimum est apud homines; dicitur Scandalum directum. Et sine dubio per omnes Doctores apud Delugo de poenit. disp. 16. sect. 4. §. 2. n. 157. id peccatum est specie diversum ab aliis, & debet specialiter in Confessione palam fieri, debetque species peccati, ad quod inducit proximus, explicari. Ita idem ibi. num. 157. Si quis ergo loquatur v. g. turpia ut socius incidat in eas turpitudines; oportet explicare ad quæ turpia inducere tentabat, adulterium ne; an ad stuprum, &c. Ratio est, quia tunc non solum peccatum talis scandali, est contra Charitatem debitam proximo; sed etiam contra virtutem oppositam: eadem enim Castitatis virtus, quæ obligat me directè ad Castitatem in mea persona custodiendam, obligat indirectè ne ex industria procurem proximo à Castitatis virtute deicere.

101. Quando autem quis nec intendit ruinam proximi spiritualement nec ejus lapsum, nec eo sine aliquod malum, seu speciem mali habens patrat, quamvis prævideat, fore ut ex suo facto alij decidant, dicitur Scandalum indirectum, & non directè volitum. Dixi (malum seu speciem mali habens) nam si bonum, seu non malum, nec speciem mali ex se habens facias, ex quo alij causam peccandi sumant, quamvis tamen id prævideas, non peccas, cum ipse tunc ipsorumque malitiæ imputetur, si peccent. Iam ergo de hoc indirecto Scandalo in controversiam cadunt duo. Primum an sit peccatum specie distinctum ab aliis, aperiendumque in confessione. Secundò quomodo & quibus circumstantiis sit aperiendum.

102. Quoad Primum fatemur omnes, cum Delugo ibi. n. 159. esse peccatum specie distinctum. Ratio est, quia per hoc Scandalum, quamvis indirectum, jam est causa injusta damni, seu peccati proximi, à qua ex obligatione virtutis Charitatis, ne scilicet labatur proximus, debes abstinere.

103. Solum duo advertit. Primum quod merito nonnulli cum Salas tom. 2. in p. 2. tract. 3. disp. 5. sect. 15. n. 132. & 133. docent, tunc solum contrahi à nobis malitiam talis scandali, quando nostro facto, aut verbo proximum conficimus in gravem difficultatem & tentationem, cui difficillimè possit is resistere: id quod profecto, frequenter usu venire, difficile est. Secundò, quod jure aliqui item cum Sanchez l. 1. in Decal. c. 6. n. 7. docent, multos excusari à prædicto peccato Scandali, atque adeo à tali circumstantia fatenda: quia vel ipsi tantum pravi sunt, ut eorum malum exemplum parum noceat, vel qui adducuntur, tam faciles sunt, proclivesque ad peccandum; ut qui suo exemplo occasionem illis obtulit, non censetur eos moraliter inducere.

104. Quoad Secundum, id est posito quòd quis verè talem malitiam indirecti scandali, contraxerit, quæ ratione se gerere in Confessione debeat; tria sunt decernenda. Primum an sint tunc explicandæ species peccatorum, ad quas proximus inducitur. Secundò an numerus personarum inductarum ex eodem facto. Tertiò an conditio personarum: ut si inductio sit ad turpia, an explicandum sit inductum fuisse Sacerdotem, conjugatum, solum, &c.

105. Primum igitur quæritur an in Scandalo, quando non intenditur, licet prævideatur peccatum proximi, sit necessario perscrutanda species peccati, ad quam proximus inducitur? Respondent aliqui non esse. Ita

Delugo disp. 26. de poenit. sect. 4. §. 2. n. 159. contra Sanchez, Valquez & Coninchium. Si igitur loquatur sive de adulterio, sive de homicidio, ex quo laicus moveatur socius per hoc Scandalum indirectum, explicandum, satis erit (quantum est ex hoc capite) se fuisse per Scandalum, causam peccati alterius, vel etiam quia tunc ejusmodi Scandalum solum est contra Charitatem debitam proximo, qua non debet quilibet occasio peccati: non autem contra alias virtutes singulares, quæ nos non obligant saltem graviter, ut contra in aliis impediamus, sed solum, ut illa peccata ejusmodi vitia non suademus, vel mandemus.

Dixi (quantum est ex hoc capite, id est Scandalo) quia certum est explicandas esse species sui peccati, quando quis, dum de suo adulterio, vel stupro, vel homicidio, vel similibus sermonem miscet, illa vel alia concupiscit, ut infra suo loco c. 7. §. 2. n. 106.

Secundò quæritur, an quando eodem modo vel iisdem verbis est causa ruinæ multorum per eundem scandalum, debeat numerum ipsorum explicare. Respondeo non debere. Ita idem ibi. sect. 4. num. 157. quidem satis erit sic te accusare? Fui causa, mea locutione v. g. ut multi ruerent in peccatum. Hanc nam, ejusdemque rationem dedimus supra §. 9. de malitia individuali malitiæ in eodem actu disputando. Non autem rectè diceres te fuisse causam, si multos induxisti: non rectè, inquam, qui non fatereris peccatum quod commisisti, ut ibi. num. 16. in simili explicuimus.

107. Tertiò denique quæritur an in eodem indirecto Scandalo oporteat explicari conditionem personarum, v. g. inductum ad turpia fuisse solum, conjugatum, sacerdotem, &c. Respondent etiam ad hoc aliqui non oportere. Ita Delugo disp. 16. sect. 4. num. 167. contra Sanchez Bonacinam. Fil. aliosque, satis enim superque exten- dere: Scandalo sui multis, &c. Ratio est quia peccatum quod tunc committitur à tali inducente, solum est contra Charitatem, ut modo num. 105. diximus: quare conditio personarum inductarum nihil addit respectu inducentis. De inducente, seu sollicitante fecimam v. g. cum peccavit, an debeat explicare, si fuit primus ad inducendum, quod huc spectare videtur: dicemus infra de simplici fornicatione c. 7. §. 4. n. 24.

§. XVIII. De Circumstantiis aggravantibus.

108. Adhuc interdum humanis aditionibus ad moralia, specie ab ea, quam ex se habent, constituitur. Aliquando tamen ita adduntur, ut illas aggravent eodem secundum hominum prudentem estimationem vel diminuant, sed non extrahant ad aliam speciem. Castropalaus, Coninch, Delugo mox citandi, allegant passim. Exempla prioris sunt. Habet rem quis cum puella: est simplex fornicatio contra Castitatem; si vero addatur, talem non esse liberam, sed conjugatam, propter speciem simplicis fornicationis, habebit talis conjugatus alteram speciem, id est Adulterij contra justitiam. Quod si addatur, esse consanguineam, vel vägenam invitam, vel professam; erit insuper incestus, vel stuprum, vel sacrilegium. Simili modo furari rem aliquam est peccatum iniustitiæ: quod si res sit sacra erit inde & peccatum Sacrilegij.

109. Exempla posterioris sunt. Furetur quis denarios aureos, committit peccatum contra justitiam: at si addatur major quantitas, quæ auferatur, v. g. si furetur viginti, aggravabitur quidem prædictum furtum, sed non in speciem furti non extrahetur. Sicut etiam si quis faciat quinque aureos; diminuetur peccatum, sed intra eandem furti speciem, Eodem pariter modo occidere eum intendo odio, pluribus vel paucioribus vulneribus, die festo vel feriato, continent quidem circumstantiæ aggravantes, vel minuentes, sed intra unam, eandemque speciem.

Cap. II De peccat. Confess. in universum. 17

110. Regulam autem ad discernendum, quam circumstantie mutant speciem, quæ verò solum aggravat, minuunt, & difficile est ex *Coninch. disp. 7. dub. 5.* (cum simus in speciebus moralibus) exacte dare: varique Doctores variè philosophantur. Illa videtur brevis & expedita, quantum nunc pro nostro instituto sufficit, quam P. Joseph Augustinus in *Brevi notitia*, n. 33. de Sacramento ponit, qui circumstantiam mutantem speciem ex eo cognoscit, quod pertineat ad aliam virtutem, vel vitium non mutantem verò speciem, ex eo quod non transferat illam materiam ad aliam virtutem. Quæ vero in particulari transferant, colligendum est ex ipsius materiis, id est ex tractationibus materiarum virtutum, & vitiorum. Adde item praxim & usum, ex quo plura sensum doceberis.

Jam verò his tactis, quæstio celebris est, an tales circumstantie non solum mutant speciem, quod certum est, sed etiam non mutant, saltem notabiliter aggravant. Radiminentesque, aperiunt Sacerdoti, ex præcepti necessitate debeat.

111. Dico quamvis probabilissimum sit cum Thoma Sanchez, Suarez, Fagundes aliisque apud Delugo mok erandum; quibus adde Coninchium *dicta disp. 7. dub. 3.* circumstantias notabiliter aggravantes, quia mutant notabiliter iudicium Confessarii contra penitentem, esse in Confessione aperiendas; tamen probabile etiam esse cum D. Thoma, Valentia, Vasquez, aliisque quos citat, & sequitur Delugo de *pen. disp. 16. sect. 3.* Fide libus hanc necessitatem minime imponendam: Ratio est, quia non est imponendum onus tam grave, nisi constet de lege illud imponenterat non constet esse aperiendas nisi species, & numerum peccatorum, ex Conci. Trid. *sess. 14. cap. 5.* non verò omnia, quæ quocunque modo Confessarii iudicium commutante queant. Alias rationes vide apud Doctores modò citatos.

112. Ex hac doctrina, ut item ex hæcenus dictis plura & valde utilia inferuntur ad Confessiones expectandas. Quare & ea in sequentibus sigillatim sunt proponenda, ut facilius methodus evadat, per singula Decalogi præcepta, pro iis, quæ ad nostram institutum faciunt, discutendum.

C A P V T I I.

De Confessione peccatorum circa primum Decalogi præceptum.

§. I. De peccatis contra Fidem.

Suppono, tanquam indignum controversia, debere in Confessione explicari: An peccatum contra fidem fuerit solum externum, an etiam internum cum errore intellectus: v. g. qui adorat Idolum absque errore, quo credat ibi adesse divinitatem, est Idololatra externus, cum ejusmodi errore, est item hæreticus. Ita Sanchez in *Decal. lib. 2. c. 47. n. 21.* Cum igitur per illum errorem addatur peccatum, specie diversum; sine dubio penitentia tribuendi erit subiiciendum.

1. Jam verò loquendo de ipso hæresis crimine Triplici modo posset quis in errores contra fidem incidere. Primo negando, vel deliberatè dubitando de articulis fidei. Atque hic sufficienter confiteretur si dicat *se prolapsum in hæresim*, nec opus habet explicare qualitates errorum, seu articulos, in quibus contra fidem sensit. Sic Reg. 16. c. 4. n. 13. Ratio est quia quoad hanc præcedentem obligationem sunt ejusdem speciei, cum omnia operantur obligationi credendi obiecta per fidem sufficienter proponita.

2. Secundo, posset quis errare contra fidem non solum negando, sed etiam addendo aliquid, quod aliam speciem peccati adiungat supra hæresim, hoc est Blasphemiam contra Dei honorem. Ut si quis neget à Pilato

condemnatum fuisse Christum Dominum, est solum hæreticus: at si neget Deum esse bonum, vel circa illud ipsum de Pilato dicat iuste ab eo Christum Dominum fuisse condemnatum; non solum est hæreticus, sed blasphemus. Id igitur esse expresse Confessori aperiendum, non est ambigendum. Ita Castropalaus *n. 1. tract. 4. d. 2. p. 1. n. 6.*

4. Tertiò posset quis errare, eandem fidem non solum negando & blasphemando, sed insuper volendo acceptare aliquam sectam fidei oppositam, v. g. Iudaismum, Paganismum, &c. & tunc id debere explicari, saltem pro ipsa praxi certum iudico. Ita idem *ibid.* Ratio est quia singulæ hæc sectæ communiter superaddunt hæresi, seu negationi fidei aliqua alia peccata specie diversa ab ipsa hæresi. Qui v. g. amplectitur Iudaismum, eligit circumcidere, quæ est species superstitionis. Qui Paganismum; vult Idola colere, quæ est species, seu peccatum Idololatriæ, &c.

5. Porro unum superest discernendum. An teneatur Apostata à fide, Apostasiam in Confessione declarare. Explico. Qui suscepit Baptismum, si forte cadat in hæresim, debetne dicere se in hæresim esse prolapsum post susceptum Baptismum, an satis erit dicere dumtaxat se in hæresim incidisse: quod est quærere, An infidelitas ante Baptismum & post Baptismum concepta specie differant?

6. Dico cum Delugo de *pen. disp. 19. sect. 5. n. 294.* contra Suarez, Sanchez, aliisque ab eodem citatos probabile esse non differre, quare satis esse fateri *se in hæresim fuisse prolapsum*. Ratio est, quia non apparet unde specifica differentia sumi rationabiliter possit. Vel enim sumitur ex eo quod se quis subtrahit ab obedientia fidei; vel quod committat specialem irreverentiam contra eandem fidem, sicut in Baptismo susceptam. Prius non affert novam speciem, quia probabilius est ex Suarez *l. 4. in Decal. c. 1. num. ult. quoque*, in Baptismo nullum fieri votum, aut promissionem de obedientia fidei; & ex altera parte illa negatio universalis subiectionis ad Deum, quam continet infidelitas, satis explicatur, cum quis fatetur *se noluisse fidem*. Nec posterius, quia illa irreverentia eodem modo explicatur, dum dicitur ipse lapsus in hæresim. Adde cum quis subiicit clavibus peccatum hæresis, statim Confessor intelligit ejusmodi peccatum commissum post Baptismum, quia commissum, ante Baptismum non est materia Sacramenti Penitentia, ergo jam intelligo omnem malitiam quæ ab ipso absolvenda est.

§. II. De Ignorantia rerum Fidei.

7. Non sunt plura specie peccata sed unicum, ignorare culpabiliter articulos fidei diversos; quos ignorare quis debet v. g. Trinitatem, Incarnationem, &c. ita Suar. *d. 15. de fidei sect. 1. n. 7.* Ratio est, quia licet obiecta materialiter specie differant; semper tamen eadem est obligatio omnes eas veritates cognoscendi.

8. Quid si quis neget articulum fidei, quia illum ex culpa moraliter gravi, scire noluit: peccarne eodem specie peccato, quo peccat quis cum deliberatè negat articulum quem probe scit? Respondeo, puto cum Sanchez *l. 4. in Decal. c. 7. n. 24.* contra Vasquez *l. 2. ab eodem citatum*, peccare eodem specie peccato; Quare abundè is confitebitur si asserat *se negasse fidei articulum*. Ratio est, quia talis malitia demum resolvitur in illam, quod parvipendatur auctoritas divina: hanc enim aequè in ordine ad Confessionem (quidquid sit in ordine ad aliud, de quo Delugo *disp. de penit. 16. sect. 4. n. 193.*) parvipendit qui scienter negat, atque qui, cum debeat scire, negligit, unde & negat.

Quid nosse debeat de fidei articulis ille, qui absolvendus est, dicam infra *l. 3. c. 5. n. 6.*

§. III. De Peccante cum spe venia, & resistendo inspirationibus.

9. Siquis dum delinquit spem concipit quod à Deo Optimo tale peccatum ipsi ritè confitendum remitteretur, vel (quod in idem recidit) proponit illud peccatum quod actu committit, se Sacerdoti ritè manifestaturum, cum non committat peccatum specie diversum ab eo qui idem patrat; sine talianimo, non obligabitur talem spem, seu talem animum confiteri. Immo ejusmodi animum potius addere circumstantiam distinquen-tem peccati gravitatem, quam aggravantem, docent Doctores. Lege Paulum Comitolum in resp. moral. l. 4. qu. 52.

10. Idem dic de peccante contra vehementissimam inspirationem, ne peccet: id enim esto aggravet, nihilominus cum non mutet speciem, satis erit in Confessione explicare, se peccasse, sine necessitate addendi id peccatum fuisse patratum, interna inspiratione vehementer contradicente. Ita Delugo d. 16. sect. 1. 2. n. 514.

11. Idem dic propter paritatem rationis, de peccante contra propositum vehementissimum non peccandi, sed citra votum, vel juramentum; quia tunc adderetur nova species, ut ex se patet.

§. IV. De omitte hōas Canonicas.

12. Qui, cum sit obligatus, de facto omittit Officium divinum totum unius dei probabiliter unum peccatum committit. Sic Navarr. & alij apud Delugo de pen. 16. sec. 14. n. 547. unde sufficit, si penitens dicat se omisisse Officium divinum semel, seu graviter deliquisse in recitando Officio divino. At qui de facto omittit toto anno v. g. plura peccata committit, quot nimitum sunt dies anni, & omnia confiteri debet. Sic idem ibid. Ratio est, quia sicuti una unius diei recitatio non ordinatur ad aliam; ita una omisso recitationis, quo ad unum diem, non ordinatur ad aliam, atque adeo omissiones multorum dierum non faciunt unum moraliter peccatum; At in Officio unius diei una hora ordinatur ad aliam, constantque omnes unum divinum Officium diurnum.

13. Sed quid de volente omittere? Respondeo qui vult per unicum actum omittere Officium unius diei, unum numero peccatum committit: & item qui vult per unicum similem actum omittere Officium v. g. unius anni, unum item numero peccatum facit, satisque fatebitur si dicat, Volui omittere Officium unius anni, non autem satis est dicere, Volui omittere Officium, quia sic Sacerdos intelligeret Officium unius diei, ut supra in simili dictum est c. 1. §. 9.

§. V. De Superstitione, & similibus.

14. Superstitio, quantum facti ad nos duplex est, ex Sanchez lib. 2. in Decal. c. 58. num. 12. alia in qua est pactum expressum cum Dæmone, alia in qua, tacitum: Atque utriusque variaz sunt species, quas hic transcribere esset profecto superfluum. Illud enim nobis non ignorare sufficit, omnes eas species, quamvis in materia in qua exercentur specie differant, tamen non eo ipso differre in ratione morali, & in ordine ad Confessionem. Ita Sanchez ibid. n. 14.

15. Puto igitur solum esse aperiendum in Confessione. An fuerit pactum explicitum, an implicitum duntaxat. ita ibid. vide & Suarium tom. 1. de Relig. lib. 2. de superstitione, cap. 9. & 10. quale implicitum solet esse in Astrologia judiciaria de eventibus liberis, in Chiromantia, & in Auguriis, quando juxta suas regulas ad mortale pertingunt. Vide Martinum Delrio lib. 4. disquis. Mag. cap. 3. quest. 2. Valentiam tom. 3. disp. 6. q. 12. p. 3. Tol. lib. 4. cap. 15. Ratio est quia cetera materialiter se habent, adesse verò pactum expressum, tacitumve, licet tantum afferat discrimen expliciti ab implicito,

incompleti à completo; unde ex hoc non videtur mo aspectu proprie differentiam speciem inferre tenet Suarez ibid. tamen quia pactum explicitum promissionem factam dæmoni, & commercium cum illo; id quod non invenitur in implicitis, inferitur differentia essentialis, atque adeo que Confessione patefacienda. Ceterum an superstitio divinatio, vel quid simile sit per somnia, per comas per imagines, per aves, per aquam, per stellas, necesse est Sacerdoti declarandum: quia, ut didimus, hæc se habent materialiter.

16. Eodem modo si eadem superstitio, vel cium, vel simile addat aliud peccatum, quod, vel declaratione materiæ, vel ex alia circumstantia applicari possit; erit utique necessitas talis materiæ circumstantia exprimenda. Vt si miscuisti Sacramentis; erit etiam peccatum contra cultum debitum sacris: si per maleficia intendisti mortem, vel alicuius, erit homicidium, vel furtum: si patet commercium adorasti dæmonem, erit Idololatria: & c. similibus, ut ex se patet. Lege in simili Sanchez l. Decal. c. 3. 8. a. n. 66.

CAP. V. III.

Circa secundum Decalogi præceptum

§. I. De Blasphemia.

17. Quamvis probabilis sit cum Suarez tom. 1. de Relig. tr. 3. lib. 1. cap. 6. n. 18. 19. Sanchez de Decal. lib. 2. ca. 31. n. 39. Blasphemias contra Deum, contra Beatissimam Virginem, & contra Sanctos diffinire specie: tamen cum probabile sit ex Azor apud Diaz tr. de circumstantiis aggravantibus, ref. sc. non debere satis erit si in Confessione aperiatur numerus Blasphemiarum, nec explicare opus erit fuisse contra Deum, Beatissimam Virginem, vel contra Sanctos. Ratio est, quod non differat est, quia cum omnes communiter honorent Sanctos non ob præcisam propriamque rerum excellentiam, sed quia ad Deum ipsi Sancti referuntur: ideo nec in injuria eos per Blasphemiam afficiunt nisi quatenus ad Deum referuntur: ab uno ergo, quæ Deo omnes Blasphemias specificantur.

18. At si quando forte Blasphemia sit hæretica, tunc propter superadditam speciem hæresis, id est applicandum ex supradictis constat. Vide Delugo de sect. 5. n. 276.

19. Quæ ratio est qui uno impetu plures blasphemias fert, semel peccet, dixi supra c. 1. §. 8. n. 50.

§. II. De voto, & Juramento.

19. Idem, & multo probabilius, dic in voto & Juramento: in quacumque enim materia ex Sanchez lib. 4. in Decal. cap. 11. num. 23. si veas Sanctos, vel Beatissimam Virginem, si veas Deum: Vel si veas per aliquem ex his si ve per quodcumque aliud, in quo veri juramenti ratio appareat; eodem specie voto, eodemque specie juramento juras, ita Suarez de Relig. lib. 1. de juramento, cap. 25. n. 10. Lessius lib. 2. de dub. 1. n. 6. Fagundez de præcepto Eccl. 2. lib. 3. cap. 1. Ratio est quia communiter intentio jurantis est, Deum, qui in Sanctis rebusque illis relover, adducere testem; & in votis, ipsum eundem Deum colere, qui satis est in Confessione sic profiteri, Verum minus servari, falso juravi, & c. sine sollicitudine explicandi cui voveris, vel quid juraveris.

20. Sed quid si quis votum confirmat juramento? Respondeo cum Sanchez lib. 7. de Matrim. disp. 17. n. 1. utrumque, id est, votum & juramentum forte expellendum. Ratio est clara, quia tunc emergit duplex malitia si contra illa delinquas: altera contra Religio-

CAPVT IV.

Circa tertium Decalogi præceptum.

§. I. De auditione Missæ.

1. Quando causa omissionis Missæ die festivo non est ex se mala; non necessarium esse in Confessione explicandam, diximus cap. 2. §. 11.

2. Rursus quando quis Missæ ex duplici præcepto interesse tenetur, nec tamen paret; qua ratione unum peccatum admittat, diximus eodem capite 1. §. 16. numero 98.

3. Superest igitur hic solum querere, an quando quis in Missa de præcepto ita colloquitur, & confabulatur cum aliis, ut eos præveniat, ac provocet, duo peccata committat; alterum Missam rite non audiendo, alterum alios ad idem peccatum inducendo? Respondeo committere solum unum peccatum: quare satis est Confessario dicere se in Missa prolixas confabulationes habuisse. Ratio est quia illa malitia, licet non tam gravis, adest etiam quando alios non prævenit, sed solum ad eorum præventionem colloquitur; adhuc enim participat cum aliis in peccato, causaque est cooperans ad illorum spirituales ruinas: quare quando aliquis alium jam paratum invitat (non tamen compellit) solum videtur gravius, sed contra eandem speciem peccare. Idem dicendum esse in aliis materiis similibus, docebimus infra suo loco cap. 7. §. 4. n. 25.

§. II. De Ieiunio.

4. Quando jejunandum est ex duplici præcepto, qua ratione unum peccatum committitur, diximus cap. 2. §. 16.

5. Præterea, quando est jejunandum ex voto, & ex præcepto, si non jungetur, duplex committi specie peccatum, immo si ex iuramento, triplex, colligi potest ex dictis c. 3. §. 2. num. 10. & cap. 1. num. 99.

6. Nunc ergo suo jam loco querimus, An si quis carnes die jejuniæ comedit, explicare in Confessione, quoties comedit, debeat? Respondeo bene esse distinguendum. Vel enim primò loquimur de jejunio ex præcepto Ecclesiæ, vel secundò de jejunio ex voto, seu ex penitentia Sacramentali. Si de primo, est explicandum toties quoties: Si de secundo; regulariter non est explicandum, sed solum prima vice. Ita Sanchez l. 4. in Dec. c. 11. num. 42. Ratio doctrinæ & dispensationis est, quia in priore casu, toties peccatur, quoties comeditur caro: in posteriore, solum prima vice peccatur. Et huius ratio ulterior est, quia in præcepto Ecclesiæ de jejunio includuntur duo distincta præcepta, alterum ne comedantur carnes, alterum, ut semel comedantur: quorum præceptorum distinctio patet, nam adolescens infra viginti primum unum, comedendo carnes in die jejuniæ contra primum præceptum facit: non contra secundum, &c. Cum igitur qui pluries comedit carnes in die jejuniæ de præcepto, pluries illud prius præceptum non observat; pluries & consequenter, toties quoties peccabit. At in posteriore casu regulariter qui vovet, vel cui imponitur jejunium; solum directè uni præcepto subiaceat quia illi solum imponitur obligatio jejunandi, accessoriè imponitur abstinencia à carnibus sine qua jejuniæ Ecclesiæ essentia constare non potest: quare, semel fracto jejunio, non remanet obligatio ad talem abstinencia.

7. Unde obiter vides posse contingere, ut in die jejuniæ ex voto, comedas etiam prima vice carnes sine peccato: quod scilicet pluries in prædicto die comediti legalia; atque adeo fregisti cum peccato essentiam jejuniæ: nam si postea carnes manducaveris, non peccabis ut ex dictis patet.

8. Præterea qui in unica comestione comedit in

B v. vigilia

§. III. De Consuetudine in jurando & in aliis peccatis.

1. Vi ex inveterata consuetudine advertenter jurat falsò, satis ne sic est dicere, semel juravi falsò, an potius necesse erit etiam addere id fuisse ex mala consuetudine? Respondeo non esse necesse. Ita Suarez Vassquez, Reginaldus, Bonacina apud Dianam 1. par. tract. de circumstantiis, Res. 15. & 55. Ratio est quia peccata præterita non addunt præsentis peccato circumstantiam novam, multo minus specie diversam.

2. Idem die, ut id semel hac occasione dicam, de inveterata consuetudine fornicandi, blasphemandi & ceterorum similium: par enim est ratio.

3. Qui vere ex inveterata consuetudine inadvertenter jurat falsum, licet videatur obligari ad consuetudinem constituendam: tamen communiter excusatur. Quod videatur obligari ratio est ex Sanchez l. 3. in Dec. cap. 5. n. 13. & 14. quia tunc inadvertenter jurare falsum, licet non sit in se peccatum formaliter, est tamen peccatum materialiter, quia est adhuc periculum quamvis inadvertenter commissum: ergo illa consuetudo, quæ est causa talis mali materialiter, si non curatur amoveri, est formaliter peccatum, utpote causa mali: quare debet ipsa in confessione aperiri, si ut dictum est, illam extirpare procuratum non sit. Idem dicendum videtur in ceteris peccatis blasphemandi, occidendi; vulnerandi, &c. si forte quis ex inveterata consuetudine hæc inadvertenter committeret.

4. Iam quod communiter excusetur ratio est, quia communiter nemo advertit ad obligationem quam habet illam consuetudinem propter eam rationem extirpandi, ne scilicet sua consuetudo sit causa proxima prædicti materialis mali: & consequenter cum excusetur à peccato, excusabitur à Confessione. Facit in simili Delugo disp. 16. de pan. sect. 4. §. 7. n. 103.

5. Vnum nota, aliquando actus huiusmodi inadvertenter factos non retinere ne malitiam quidem materiale, seu quam vocant, obiectivam: & tunc nec ipse actus, nec consuetudo est peccatum, adeoque nec Confessione subdendum. Talis communiter reputatur contumelia in ebrietate alicui facta ab ebrio: sic idem ibidem n. 107. & 112. cum enim contumelia ab ebrio, hoc est ab ex parte rationis facta, non, sit ne materialiter quidem contumelia, (debet enim contumelia essentialiter esse per verba utentis ratione, non autem sicut à phitaco) in se non erit peccatum, & neque in causa: quia nunquam talis causa, id est ebrietas, causabit verba utentis ratione: unde ne materialiter quidem contumeliam causabit. Eodem modo dicendum esse docent aliqui cum lo. Sanchez in selectis, fuse disp. 10. à num. 5. de Blasphemia, hæc est, & supradictò iuramento, quod scilicet essentialiter requirant esse ab utente ratione, & consequenter ea inadvertenter facta neque in se, neque in causa esse peccata, adeoque nec necessario Constitenda. Sed hoc fusius prosequi, ad nos nequaquam spectat cum satis nobis sit à peccato & Confessione regulariter excusare propter illud caput modo dictum numero præcedenti.

vigilia v.g. carnes, non committit aliud peccatum, si iterum & iterum comedat cibos legales, & consequenter, nec clavibus subiiciendum. Colligitur ex eodem Sanchez *ibid.* Ratio est, quia contra nullum præceptum operatur: Non contra essentiam jejuniij, hæc enim jam fracta est ex vi prioris peccati, quo carnes comedit. Non contra præceptum illud de non comedendo carnes, jam enim loquimur de correctione legali; ergo, &c.

9. Contra, si quis in meridie comederet lacticiam (etiam supponendo quod sit mortale his velsi in quocunque die jejuniij) sed iterum in die, legalia comederet præter setotinum jentaculum, peccaret comedendo prædicta legalia, idque in Confessione deberet patefacere. Sic Sanchez in *Consiliis* l. 5. cap. 1. dub. 18. n. 8. Ratio est quia in prima illa correctione lacticiniorum peccavit, ut supponimus, contra præceptum abstinendi à prohibitis, sed non fregit essentiam jejuniij Ecclesiastici, hoc enim cum lacticiis consistere potest: quare cum secunda vice comedit licita, tunc fregit jejuniium, peccavitque cum onere illud peccatum confitendi, non verò tertia vice, vel quarta simili: quia hæc jejuniium jam fractum, & quasi demortuum inveniunt.

CAPUT V.

Circa quartum Decalogi præceptum.

§. I. De injuria inflata parentibus, filiis, uxori.

1. Regula hujusmodi esse poterit. Omnis injuria gravis facta Parentibus (quo nomine venit etiam Avus & Proavus) quæ adversatur amoris, & pietati illis debita, est diversæ speciei ab injuriis cuicunque alteri proximo illatis: quare erit apud Sacerdotem asserenda, Vide Azot. p. 2. lib. 2. cap. 2. q. 2. Bonac. de pen. disp. 5. quest. 5. sect. 2. part. 2. §. 3. diff. 3. num. 15.

2. Hinc percussio, occisio, contumelia, detractio gravis, gravis infamatio facta Parentibus, sunt in Confessione specialiter explicandæ. Contra verò, furtum factum eidem, non semper est explicandum, nisi quando tantum filius furaretur, ut Pater depauperaretur. Ratio est quia quodlibet furtum est quidem contra justitiam, sed non contra pietatem, nisi casu dicto, vel simili.

3. Quod dictum est de occisione, percussione, &c. dic in peccatis odij, quo scilicet eiusmodi, vel similia mala Parenti contra pietatem optas, quia adhuc tale desiderium debito amoris erga parentes opponitur. Ita Molina tom. 1. de iustitia, decis. 7. circa finem.

4. Eadem regula servanda in filiis erga parentes, servari etiam debet ex Delugo de pen. disp. 19. sect. 6. a num. 303. in Parentibus Avisque etiam Filios Nepotesque, atque in Coniuge erga alium Coniugem: nam & ij debent sibi invicem peculiarem, speciemque morali diversum amorem. Illud tamen observandum, facilius filium peccare contra Patrem, quam hunc contra filium: Siquidem percussio v.g. vel contumelia, quæ facta à Patre in filium propter auctoritatem paternam est levis, gravis erit inflata à Filio contra Patrem.

5. His dictis, confurgit difficultas: An hæc omnia peccata contra pietatem eiusdem sint speciei atque adeo an satis sit dicere: Ergo graviter percussit eum cui reverentiam ex pietate debebam: an potius dicendum, Percussit patrem, vel filium, vel uxorem: nam videtur prius satis esse, omnia enim sunt contra debitam sanguinis conjunctionem.

6. Nihilominus ego puto ea moraliter in specie ultima differre: apprehendo enim multum interesse inter percussione, qua Pater quamvis injuste, sed tamen pollens auctoritate paternam, filium percussit: tunc enim solum delinquit contra sanguinis conjunctionem: quam qua filius Patrem: nam tunc filius non solum peccat contra prædictam conjunctionem, sed etiam maxime contra reverentiam Patri debitam: Patris ergo, avique,

proavique injuriæ contra filium, nepotemve confusam speciem, at injuria hominum contra illos, aliterque injuria prædictorum est diversæ speciei ab injuria uxoris contra virum: quia in diversa, ut ex se videtur, radice fundatur debitus inter hos amor: Ac injuria dictam viri ab uxore, vel uxori à viro non puto differre: esto injuria uxoris contra virum, ut oportet majorem, sit aliquanto gravior, quam injuria uxoris uxorem: Ratio est, quia non adest illa difficultas quod tradita num. precedente, nec alia specificatione ducens. Ex quibus collige v.g. uxoricidium, & viricidium non differre specie, quare nec necessarium in Confessione declaranda, sicuti contra, patricidium, filicidium, uxoricidium differre specie, atque adeo specialiter explicanda.

Hæc probabiliter sint dicta: nam ceterum vide dicam infra hoc eodem 2. libro, cap. 7. §. 7. in fine.

§ 11. De injuria inflata fratri, sorori, alii.

8. Injuriam illatam fratri, vel sorori judioque morali differre ab injuria facta parentibus, vel aliis. Ratio est quia satis diversa deformitas apparetur, quam in hac. Vide in l. unica, C. de his qui vel liberos occiderunt, & in §. 8. Alia deinde lex publicis indicis. Leges, quæ patricidij poenam statuunt, qui occidit avum, vel proavum, vel quemlibet ascendentem eandem poenam Patricidij statuunt contra Patrem, qui occidit filium, vel nepotem, & quemlibet descendentem: & rursus extenduntur leges ad legem Pomp. de patricid. eandem Patricidij poenam contra occidentem propriam uxorem vel proprium filium: non tamen extendisse ad occidentem fratrem, vel sororem unquam invenio. Lege Molinam, T. 4. q. 1. r. 3. d. 26. n. 5.

9. Sed debitant Doctores an injuria inflata fratri, vel sorori, sicuti differt ab injuria inflata parentibus, ita differat ab injuria contra externos? Dico differe, atque adeo necessarium explicandam in Confessione injuriam fuisse factam fratri, vel sorori. Sic Delugo de pen. disp. 6. n. 307. Ratio est quia lege divina obligatio residet in fratre respectu fratris, quam respectu viri, ut ex se patet. Unde videtur fratricidium diversæ speciei (semper intellige, specie morali) tum ab homicidio, tum à patricidio, tum ab uxoricidio: ab homicidio vero non puto differre, sicuti nec injuria seu peccata facta à fratre contra sororem, differre à percussione fratris contra fratrem, propter aequalem inter eos conjunctionem, sed vide cap. 7. §. 7. in fine num. 48. m. d. c.

10. In injuriis contra alios propinquitate gradum præter dictos, non habetur nova species, quæ non leles remotiores gradus in Confessione aperiant. Sic Bonacina dicta. disp. 5. quest. 5. sect. 2. p. 1. §. 1. diff. 1. Idemque dic cum Delugo dicta disp. 6. sect. 1. n. 3. contra Bonacinam, in peccatis (al. strahendo à peccato) ne, &c.) factis contra Sacerdotem. Ratio utrumque quia licet aliquando grandiores sint ejusmodi injuriæ non tamen videntur in communi prudentium estimatione ad diversitatem specierum pettingere. Dixi (al. strahendo, &c.) nam quando Clericus, vel Religiosus percuteretur, vel necaretur, tunc esset id exprimentum propter Canonem, Si quis suadente, annexamque communicationem, &c.

11. Injuriam factam Principi, seu Superiori non semper constituit novam speciem, ex Delogo *ibid.* n. 303. sed solum quando est talis injuria, ut graviter contra observantiam virtutem fiat: ad quod certe requiritur, quæcumque gravis culpa, sed illa, quæ sit contra Superiorem, ut Superior est, vel quæ redundat in detrimentum eorum, quæ Superiori competunt: ut si ille occideretur, vel ut Superiori contemneretur, &c.

12. Denique injuria contra insignem tamen benefactorem, vel non differunt specie à cæteris, vel si differunt, cum solum sint contra gratitudinem, quæ vult

CAPUT VI.

Circa Quintum Decalogi Præceptum.

§. I. De quibusdam speciebus Homicidij.

De unica actione seu icu, quo quis simul plures occidit, diximus supra cap. 1. §. 9. ubi etiam actum esse unice voluntate, qua quis vult occidere simul plures. Eginus etiam cap. precedente de differentia Patricidij, & filicidij à simplici homicidio, &c.

Solum hic antequam ad ultiores progrediamur, advertere, si quis aliquem occidit, & postea discerpit cadaveris membra, extrahatve iecur, cor vel similia: committere malitiam specie diversam à malitia committens homicidij. Ita Delugo disp. 16. de poenit. sect. 12. §. 57. neque enim solum tunc separat animam à corpore, sed membrum à membro: quæ in hominum æstimatione videtur specialis turpitudine, proprio appellata nomine, Feritas: Multo magis si id in vivo attentetur.

Item de Homicidio, illud nunc superest explicandum: An locus sacer, ubi forte sit homicidium, debeat explicari, tanquam inducens distictam specie malitiam?

3. Dico esse explicandum tum in homicidio, tum in percussione gravi cum effusione sanguinis. Ita Fag. lib. 4. præcept. Eccl. 2. cap. 4. num. 24. alique passim. Ratio est quia tunc violatur Ecclesia, unde contrahitur malitia specialis.

4. Dubitatur de percussione gravi, sine effusione sanguinis: Vt si quis acriter verberaret suum inimicum in Ecclesia, nec vulnus faceret, contraheretne prædicti facinorosi malitiam in confessione explicandam? Et non contrahere probabilis existimo cum Delugo de poenit. disp. 16. sect. 10. n. 408. contra prædictum Fagund. tenentem, quia Ecclesia prohibito solum meminit de homicidio, & de percussione cum effusione sanguinis: ergo ad percussione, sine sanguinis effusione, extendenda non est.

Quid autem hic intelligitur nomine loci sacri dicimus cap. 7. §. 5. num. 40.

§. II. De occasione in causis.

1. Vulneravit quis v. g. vel venenum, consiliumve dedit tendens ad mortem alicuius; satis ne est in Confessione causam mortis dumtaxat proponere, hoc est vulnus, venenum, consilium; an insuper erit necesse addere ipsum effectum sequutum, id est mortem ex illis causis derivatam?

2. Profecto certatur utrinque probabiliter: sed verò probabilissimum est non esse in rigore obligationem effectum secutum consistendi. Ita Vasquez, Granadus, alique quos citat & sequitur Bonacina de peccatis disp. 2. §. 4. p. 4. num. 7. & 10 Sanchez in selectis disp. 20. n. 1. Ratio est quia ille effectus, qui consequitur, non est peccatum unde evenire subinde potest, ut quando potest mors ex veneno v. g. propinato, inveniat iustus per corruptionem ille, qui venenum dedit. Cum igitur tenemur confiteri sola peccata (quæ tantum sunt illa quæ S. Augustinus comprehendit sub iis verbis, *Falsum, Dolum, Concupitum contra legem æternam*) non autem tenemur fateri effectus ab iis consecutos; effectum illam mortis fateri minime tenebimur. Satis erit igitur dicere: *Vulneravi lethaliter propinavi lethale venenum, Consilium dedi efficax de morte*, &c.

3. Idem dic (ut semel hic obiter id non prætermittam) in sexto præcepto de comedente v. g. calida ut

æquatur pollutio nocturna, & in similibus casibus, in quibus apponitur causa, ut aliquis effectus tandem eveniat, &c. Ita idem.

8. Dixi (in rigore) nam rectè advertunt nonnulli cum Vasquez part. 2. tom. 2. disp. 94. cap. 3. regulariter expedire explicare ejusmodi effectus consequutos, cum ita melius malitia actus præcedentis explicetur, meliusque intelligatur peccatoris status, & insuper an aliquam contraxerit obligationem restituendi, vel in censuram casumve aliquem reservatum incidit.

§. III. De Malis alicui volitis.

1. Etiam est quando vis, seu desideras inferre malum proximo, debere te palam Sacerdoti facere, ecquodnam genus (non verò individuationem) mali inferre concupiveris, an scilicet mortem, an infamiam, an rei familiaris detrimentum. Ratio est, quia sicut ipsa obiecta volita sunt specie diversa diversumque ius in proximo pariunt, ita ipsi actus voluntatis desiderantis illa inferre, cum diversa iura violent, diversam, specie ultima malitiam contrahant necesse est.

10. Dixi (non verò individuationem) quia non est necesse dicere v. g. *Volui furari pecuniam, equum, vestem*, &c. Ratio est; quia hæc individualitas non affert novum ordinem ad rectam rationem, &c.

11. Difficultas igitur solū remanet quando odium sistit in mero desiderio, sine voluntate inferendi tale malum, v. g. quando ex odio desiderat quis ut suus proximus occidatur, vel paupertate afficiatur, vel infamia, an sufficiat sic proponere: *Desideravi proximo malum grave*, Respondeo sufficere. Ratio est, quia illa omnia, quando sistunt in ea voluntate, inefficaci, sunt contra charitatem, veluti in genere, qua non debemus velle malum proximo; non verò læditur, nec lædi desideratur ius particulare.

12. Idem propter eandem rationem sentiendum de gaudio: si quis enim v. g. gauderet de morte, de inopia, de dedecore sui adversarii, satis esset si diceret, esse se toties de gravi proximi malo delectatum.

Petes, si quis delectetur de malo proximi, v. g. de ejus gravi infamia, & deinde eidem displiceat bonum grave ejusdem, v. g. honor, fama bona, &c. duone peccata specie diversa committit, utraque specialiter palam facienda Confessario: an satis erit dicere, *his per malam voluntatem circa bona vel mala ejusdem proximi. Charitatem læsi*.

Respondeo, credo satis esse, quia illa duo non afferunt speciem moraliter diversam cum æquè peccetur contra eandem Charitatis virtutem, & quia vnum ex his imbibitur in alio: dum enim gaudeo de malo, nolo illi bonum, seu displicet mihi illius bonum; & dum displicet mihi de illius bono, utique placet contrarium, &c.

CAPUT VII.

Circa Sextum, & Nonum Decalogi præceptum.

§. I. Delectatione turpi solum interna, seu, ut dicitur, morosa.

1. In hoc differt desiderium & consensus in copulam v. g. illicitam (idem dicendum in aliis materiis) à delectatione ipsa quam quis habet de eadem copula, desiderium est actus ex se efficax, & consummatur, seu consummari intenditur in ipso opere externo fornicationis: delectatio verò est actus ex se inefficax & consummatur interior: non enim transit ad volendum exequi id, de quo quis delectatur: nam propterea dicitur etiam delectatio morosa: quia peccans, dum moratur in ipsa delectatione, nec ad opus consummandum procedere intendit, in eadem veluti conquiescit. Cum autem

certum

certum sit in desiderio & consensu, immo & in gaudio de re illicita jam habita debere coram Confessorio aperiri conditionem personae desideratae, hoc modo: *Desideravi monialem, nuptiam, &c. in homicidio, desideravi occidere Patrem, vel fratrem, &c. seu gavissus sum commississe peccatum cum moniali, vel nepia, &c. gavissus sum occidere Patrem, Fratrem, &c. quia tales voluntatis actus supponuntur esse contra diversas virtutes, unde & sine dubio sumunt suam specificationem à talibus obiectis specie morali diversis: cum inquam, certum id omnino sit; celebris controuertitur quaestio de delectatione morosa: An scilicet si quis solum delectetur (sed non desideret) de copula quam cogitat, cum nupta v.g. vel cum moniali debeat id explicare: An potius sufficiat dicere, *Toties venerè de copula illicita delectatus sum* *Ulam cogitando?**

2. Et ut pro nostra consuetudine scholasticas quaestiones praetermittamus: Dico probabilem esse sententiam docentem sufficere, sine obligatione declarandi personas, circa quas ejusmodi morosa delectatio versata est. Ita Vasquez p. 2. disp. 111. & 112. Castrop. tom. 1. tract. 52. disp. 2 p. 10. § 4. alique non paucis. Ratio est quia delectationes ejusmodi non variantur specie ex varietate conditionum illarum personarum. Non variantur autem, quia satis superque & adequatè sumunt, contrahuntque suam omnes turpitudinem ex oppositione cum virtute Temperantiae quae nunc sola violatur: neque enim ille animus sit siliens in sola ea voluptate procedit ad violandum, seu ad desiderium violandi. Ius speciale conjugatae, solutae, &c. ergo satis explicatur per solam oppositionem ad virtutem Castitatis.

3. Non sic si quis delectatur de concubitu conjugatae formaliter ut conjugata est, seu ut nupta est, seu ut sacra est, (id quod certè ratilimum erit) tunc enim esset necesse id explicare, ut ex se patet: nam propterea si quis se morose delectaret de concubitu sodomitico, non satis esset si diceret: *Delectatus sum de copula illicita*, sed debet hanc specialitatem explicare, quia tunc formaliter delectatio versatur in talem copulam, ut diversam à naturali congressu.

4. Quod diximus de delectatione morosa, videtur etiam, secundum hanc sententiam, dicendum de aspectibus, quando quis respicit mulieres affectu venero, sine progressu ad eas concupiscendas: quia tunc videtur similiter, interius delectatio tota consummari: At si eandem venero mortali affectu tangeres, quia exterius actio consummatur, esset personae conditio declaranda.

An verò sicut certum est, quod qui vovit Castitatem si morose delectetur de obiecto turpi, v.g. de Fornicatione, debet explicare suum votum, quia sic adversus Castitatem, & adversus Religionem delinquit: ita conjugatus si similiter morose delectetur, obstringatur in Confessione explicare se esse conjugatum? Affermat Vasq. 2. p. tom. 1. disp. 111. cap. 2. num. 10. quia fides Matrimonij obligat non solum corpus, sed etiam mentem in aliud obiectum turpe non collocare: negat Hurtadus de subiectione pecc. disp. 4. diff. 10. his verbis: *Docet Vasquez conjugatum, qui venerè delectatur de Fornicatione cum non sua, non tantum peccare peccato luxuria, contra Castitatem, sed etiam peccato Adulterij contra fidem Matrimonij: id tamen difficile est, & nullo fundamento probatum, quia difficile est & absque sufficienti fundamento, in Matrimonio, praestari fidem coniugi non collocandi mentem in aliena.* Haec Hurtadus, sane probabiliter.

Cum quo sentiunt alij, & notat non nemo, tr. 4. q. ne al. 6. n. 2. idem esse in tactibus ex se honestis, verbi gratia, osculo more patrio, sed inhonesto tantum ex malo affectu.

De locutione turpi sistente in sola locutionis delectatione, dicam mox §. sequenti.

De unico actu desiderij versantis circa multa obiecta, dixi cap. 1. §. 8. & 9.

§. II. De locutione turpium: ubi remissive de ejusmodi tactibus impudicis.

5. **T**ria hic incidunt expendenda. Primò, an turpia cum peccato mortali collocatus est, beat explicare materiam confabulationis, nempe, monem misceisse de adultério, stupro, sodomia, &c. cum de numero personarum, coram quibus sunt colloquia. Tertiò an condiciones earundem personarum, utrum scilicet sint Sacerdotes, nupti? Quod ubi postremis satis disputavimus supra cap. 1. de scandalo. Superest ergo hic agere duntaxat de peccato concupiscae; certum est materiam, seu obiectum omnino declarandum, ut ex precedente. §. constituit. At hic propria difficultas est: An si loquaris de dictis solum delatando te in his loquutionibus sine desiderio, idem dicendum sit?

7. Respondeo, si solum de ipsa narratione delictis, probare est satis tibi esse dicere. *Tu loquutus sum delatando me de ipsa turpium narratione.* Sed quid si delecteris de ipsis rebus, seu obiectis praeteritis per locutionem, sine desiderio tamen? Atque? Respondeo esse item probabile, non tantum explicanda ipsa obiecta, an scilicet fuerint adulteria, stupra, sacrilegia, &c. nisi forte delecteris de tales sunt. Ratio est eruenda ex dictis §. precedente, enim ferè eadem.

Quatenus locutio est scandalum sociis colloquiis, dicam infra §. 4. n. 3.

De osculis & tactibus impudicis, satis sunt quae innumus cap. 1. §. 10. num. 72. & §. preced. num. 4. & dicemus §. 5. num. 37. & 38. & §. 5. num. 45. & §. 5. num. 57.

§. III. De iactantia & Confilio.

8. **H**ic de his differendum putavimus, quia frequentissima sunt ejusmodi peccata in materia confessionis, sunt nihilominus ad alias materias extendenda. Quærimus ergo primò, an qui se iactat, seu iactat taliter de peccato: (nam si se iactet gloriens de debilitate, fortitudine, vel simili, quae sunt in actione peccaminosa, sine periculo peccaminosa complacendi, &c. scandali; non est mortale ex Sanchez lib. 1. in D. 1. n. 12.) qui, inquam, se de peccato v. g. contra castitatem iactat, debetne in medium Confessionis afferre peciem peccati luxuriae, Adulterium videlicet, stuprum, sacrilegium, de quo se iactavit? ita etiam, si se iactet homicidio, furto, blasphemia, obligabitur, an hoc diu fuerit Sacerdotis an furtum fuerit rei iactare, declarare?

9. Suppono autem semper solum adesse peccatum iactantiae, non verò intermisceri desiderium, vel gaudium, vel delectationem: si enim hæc accedant, locutio erit doctrina allata supra §. 1.

10. Dico non solum prædictas species non necesse erit declarandas, sed probabile esse cum Castrop. tom. 1. tract. 2. disp. 2 p. 21. n. 6. sufficere, si dicas, *peccavi luxuriam, vel de peccato mortali: seu de obiecto mortali peccati.* Ratio est quia tota malitia quanta est in iactantia consistit in eo, quod offensa Dei eligatur ut medium ad captandam gloriam apud homines, quæ magis est Dei irreverentia, id quod æquè in omnibus mortibus invenitur: vel si quid aggravat peccatum, non videtur ejusmodi malitiam in aliam speciem transmutari.

11. Adverte hic tria. Primò si te iactes coram matris, tuum Patrem v. g. te fuisse verberatum, vel te copulam habuisse cum femina bonæ famæ, quod te eidem tuo, & illi feminae esset notabile dedecus: debet id explicare, non ratione meræ iactantiae, sed quia tali iactantia intermiscetur tui Patris, vel illius famæ infamatio. Ad eundem modum in similibus.

12. Secundum siue peccata, de quibus perperam gloriamur, commiseris, siue non commiseris, non est expliandum, ex Sanchez lib. 1. in Decal. c. 3. n. 3. quia æquale est utrobique offensam Dei pro medio gloriae.

13. Tertiò quid dicendum, si non te ipsum, sed alium de peccato laudes: Respondeo. Si id fiat in ejus sententia nec est intermixtum aliquod peccatum, ut patet num. 1. dixi, nec adest complacentia, nec adstant scandalum, qui fortè illa laude ad peccandum excitaretur, &c. probabile est non esse novam speciem peccati in Confessione declarandam: idque propter partem rationis dictæ num. 10. At si id in præsentia ejus peccavit, eveniat; declarari in Confessione oportet peccatum peccati; de quo laus præcessit: Ratio est quia ne illum excitas ad complacendum, & gaudendum de peccato facinoræ, immo etiam fortasse ad iterum ejusmodi peccatum committendum.

14. Sed jam quærimus de Consilio. Dico, idem de hoc sciendum esse: si enim das alicui consilium de aliquo peccato; debes explicare ejusdem speciem. Ratio est quia tunc non solum peccas contra charitatem promittenti cui consilium de ruina spiritali præbes, sed etiam contra virtutem, cui tale peccatum opponitur: singulæ enim virtutes nos obligant, tum ne contra illas agamus, tum ne directe procuremus quod alijs illas violat, ut patet c. 1. §. 17. de scandalo. Nam propterea si Petrus consilium dedisti de furto, Petrus non restituente, tu restitueretis. Sic idem Sanchez ibid. n. 9.

§. IV. De prima luxurie specie, id est de simplici fornicatione.

15. Percurramus universas luxuriæ species, ut quid in singulis explicandum necessariò sit cognoscamus, initium sumentes à simplici fornicatione, quæ est prima luxuriæ species. Hanc tamen multa aggimus, quia hic frequentiora: nam ceterum non raro in alijs luxuriæ speciebus, quas mox subiiciemus, eadem eveniunt.

16. Qui committit per illicitam copulam, fornicationem, non satis explicat dicendo se peccasse contra Castitatem, sed addere oportet: se copulam habuisse. Ita Delugo disp. 16. de pecc. sect. 5. n. 238. quia secus non explicatur malitia propria copulæ fornicatiæ, quæ est distincta à malitia quacunque contra Castitatem.

17. Qui committit tria v. g. peccata cum tribus fornicariis ejusdem rationis, non tenetur declarare fuisse tres fornicarios, cum satis sit dicere, ter fornicatus sum. Sic Bonacina de Sacramentis disp. 5. q. 5. p. 2. sect. 2. §. 3. diff. 3. prop. 3. 14. Ratio est, quia eadem est malitia siue cum tribus, siue ter cum eadem, nisi fortè aliquando id adterroget Confessarius, ut occasio proxima tollatur, quæ ex illa frequentia cum eadem timeri potest: de qua re dixi supra c. 1. §. 1. num. 5. & 6.

18. Peccatum cum filia Confessoris nec ex se est fornicationem, nec incestus, sed simplex fornicatio. Sic Filiuc. tom. 1. tract. 30. cap. 5. num. 105. alii que. Quare qui ad committit satis est fateri, se fornicatum esse. Præcindimus autem à sollicitatione Confessionis. Nam sollicitatio ejusmodi est specialiter contentenda, cum sit contra reverentiam Sacramento debitam. Præcindimus item quando, esse Confessarium, assumere ut medium ad peccandum, vel quid simile; tunc enim adesset nova malitia vel contra reverentiam Sacramenti, vel contra similes virtutes.

19. Virgo siue vir, ex Filiuc. tom. 1. tract. 30. cap. 3. num. 71. siue puella ex Sanchez de Marim. lib. 7. disp. 3. num. 5. Coninch. de Sacram. disp. 7. dub. 4. num. 29. qui prima vice, voluntariè frangit virginitatem, non peccat peccato diverso à simplici fornicatione, secundum opinionem aliquorum: quare sufficit fateri fornicationem, nec obligatur virginitatem manifestare. Idem dic, si se polluat, si motu delectetur, si vir desideret virginem sine voluntate vim inferendi: in his enim non additur ex qualitate adiecta virginitatis, nova species malitiæ.

20. Fidelis peccans cum infideli, quantum est ex hoc capite, non peccat, nisi simplici fornicatione, ex opinione probabili, Azor p. 3. lib. 3. quest. 29. quest. 3. licet etiam esse contra Religionem, id est contra reverentiam Sacramenti Baptismi, non negem esse probabile cum Sanchez lib. 7. de Marim. d. 5. num. 12. Delugo disp. 16. de pecc. sect. 6. n. 736.

21. Confirmo priorem probabilitatem: quia principalis ratio cur dicendum foret hoc esse peccatum speciale, est, quia Ecclesia dum prohibet coniugium fidelis cum infideli, prohiberet etiam quaecumque conjunctionem, cum sit idem motivum, id est, ut pro reverentia nostræ Religionis, vitetur illa conjunctio, quæ est damno tum ipsi fidei, tum proli educandæ. Quæ est ratio Sanchez ibid. allata, & approbata à Delugo ibid. Sed hæc ratio non multum urgere videtur: ergo, &c. Minor probatur: nam primò ubi unum prohibetur, non intelligitur prohibitum & aliud, quantumvis simile, ut est notum in iure, multo plus quia secundò intervenit non parva disparitas, nam in Matrimonio est longe maior conjunctio, quam in copula fornicativa. Tertiò quia etiam sic intelligerentur specialiter prohibita civile commercium, collocutio, familiaritas, immò & servitium infidelium, ex quibus oriri maius periculum sanè potest. Fateor esse peccatum, quando quis cum iis infidelibus (existente everisionis periculo, vel scandalo) familiariter degit: sed hoc non est illud, de quo agimus, sed quid commune ad omnes actiones periculo peccandi expositar. Quartò cum totam hanc malitiam specialem ducant ad versarij à prohibitione Ecclesiæ prohibentis Matrimonium fidelis cum infideli: sequitur saltem regulariter, non esse novum formaliter peccatum: quia communiter talis prohibitio inculpabiliter nescitur, immo probabiliter, ut patet ex dictis, iudicatur non adesse. Derique poenæ gravissimæ legibus contra hoc peccatum constitutæ, ostendunt quidem gravitatem, sed non diversitatem specificam: sicut poenæ constitutæ in homicidium qualificatum v. g. proditorium, non ostendunt differre specie à non qualificato. Sed hæc satis contra nostram brevitatæ sectandæ consuetudinem.

22. Quid de Sodomia cum infideli? Respondeo idem videri dicendum, nempe abunde esse si fatetur, quis commissam à se fuisse Sodomiam, si quidem, ut ex dictis constat, non apparet, unde necessariò derivetur specifica diversitas.

23. Quando quis, cum sit frigidus, vel Eunuchus cum alia peccat, debet fateri se esse talem. Ita Sanchez lib. 9. de Marim. d. 19. num. 6. Ratio est quia tunc, non solum adest malitia fornicationis, sed etiam malitia contra naturam: cum ad sit frustratio finis naturalis, id est, finis generationis, atque inutiliter tum suum, tum seminum semen à tali frigido provocetur.

24. Quando positive invitas alios, sollicitasque v. g. puellam, cum qua deinde peccas, aliqui sentiunt debere te esse sollicitum explicare te fuisse primum ad allicendum: Sic Io. Sanchez in selectis d. 1. num. 24. in fine, Delugo de poenit. disp. 16. sec. 4. n. 242. ex sententia Valquez. Sed est contra Thomam Sanchez in Dec. lib. 1. c. 6. num. 14. & contra Banacinam de Sacramentis disp. 5. q. 3. p. 1. §. 2. diff. num. 19. eadem enim malitia, licet non tam gravis, est quando, non invitans, cum illa peccas, adhuc enim particeps es ejus peccati. Idem diximus supra cap. 3. §. 1. num. 3. de confabulantibus in Missa. Idem quæ dic de turpi colloctione, & similibus, neque enim, propter eandem rationem te obligo ad explicandum an primus fueris. Quod si quis sollicitavit, sed vel deinde non processum est ad opus, vel certè, multo post; debet sapè Sacerdoti id subicere, utpote peccatum sollicitationis distinctum ab ipso opere pravo.

25. Quando quis in copula non servat debitum modum, sed vel à latere, vel sedendo, vel præpostere, vel vi succumbente, modò servetur vas naturale; nec sit periculum effundendi semen extra vas (id quod tamen raro esse solet, quia matrix saltem partem maiorem seminis

feminis attrahit); non est circumstantia necessario confitenda: sic Sanchez de Matr. lib. 9. disput. 16. num. 3. quia id accidentale est copulae, & in conjugatis, vel est veniale, si ob voluptatem, vel peccatum nullum, si in necessitate.

26. Qui incipit, nec absolvit copulam, debet explicare: quia, licet, tunc sit fornicatio ex affectu, non tamen in re ipsa fornicatio, sed tactus impudicus. Sic Sanchez ibid. disput. 19. num. 3. Qui item eandem copulam incipit, & deinde resilit, semenque dispergit, debet id explicare: quia adest tunc copula, id est fornicatio, nis ex affectu, & non est ipsa semen dispergitur, ut ex se co-

27. Quando quis casualiter, vel alio quocumque peccato peccat, non est necesse explicare, se exposuisse periculo peccandi, ingrediendo domum v. g. puella & deinde peccasse. Sic Delugo disput. 16. de pan. sect. 12. num. 511. quando enim haec duo, id est, se exponere periculo peccandi, & peccare simul concurrunt, nec inter ipsa tanta mora intercedit, quanta necessaria est ad distinguendum unum numero peccatum ab alio, unum peccatum mortaliter sunt. Nec potest obici esse quidem unum numero, sed includere duas specie malitias, nec inquam, hoc potest obici, quia se exponere tali periculo peccandi, & eodem peccato peccare, ejusdem sunt speciei: quia si intercedit praedicta mora, non est mirum debere explicari, quia tunc sunt duo numero distincta peccata. Qui media ex se licita vel ex se illicita adhibet, ut fornicetur qua ratione fateri, debeat, diximus supra cap. 1. §. 10.

28. De eo, qui ex consuetudine inveterata fornicatur, diximus item supra cap. 3. §. 3. De recidivo dicemus lib. 3. §. 4. Eum, qui cum magna contentione peccat, cum magna voluptate, cum tanta continua duratione, quia solum addit circumstantiam aggravantem, explicare eas circumstantias non necessario debere diximus cap. 1. §. 18. de circumstantiis aggravantibus.

§. V. De Sacrilegio.

29. **P**ergimus ad sacrilegium, quod duplex in materia est (nam de homicidio & furto sacrilegium, in loco) alterum, quod contrahitur ex persona sacrilegium, ex loco sacro.

Quo ad primum, quod est, quando aliquis, qui Deo per votum Castitatis se consecravit, adhuc turpia quaecumque, v. g. molliem, fornicationem, &c. non veteret admittit, certum est, ut ex supradictis cap. 1. §. 2. praesertim num. 52. constat, non oportere explicare an sevel, an pluries Castitatem voverit, quia id non addit differentiam specialem.

30. Quaestio igitur superest, an qui violat votum solemne Castitatis id explicare teneatur, an sit satis sic fateri: *Violavi votum Castitatis*: quod est quaerere an votum simplex & solemne, quod quidem solemne habent tum professi, tum Sacerdotes, differant speciei.

31. Dico esse probabilissimum, tutumque in praesentia, non differre specie, atque adeo solemnitate illam voti non esse necessario declarandam. Ita Suarez lib. 7. de Matrim. d. 27. n. 27. & lib. 5. in Decal. cap. 6. num. 14. Ratio est quia utrumque votum eandem Religionis virtutem aequale respicit.

Hinc Sacerdos non obligatur in peccatis contra Castitatem explicare Sacerdotium, sed satis est si dicat se voti reum Castitatem violasse. Sic Sanchez dicta disp. 27. num. 30. Fagund lib. 4. praecept. Eccl. 2. cap. 3. n. 5. Hinc Episcopus, & Generalis Ordinis Religiosi, ex hoc capite, (nam si adesset aliorum scandalum, iuxta supra dicta de scandalo apertendum esset) in fornicatione v. g. non obligatur manifestare se esse Episcopum, se esse Generalem, &c. satis erit si votum tantummodo manifestet. Sic Sanchez dicta disp. 27. n. 33. quidquid dicat Fagundez lib. dicto 4. cap. 3. num. 9. Hinc Religiosus non est obligatus explicare, se vel Religiosum esse professum, vel Sacerdotem, sed satis est si explicet votum. Hinc fecit

mina soluta v. g. peccans cum Sacerdote, Subdiacono, vel professio, vel habente vota clericis, &c. Sufficit si dicat se cum eo copulatum fuisse, &c. Ratio horum est eadem, quae in ro praecedenti, dicta est.

32. Sed jam exoritur alia difficultas. An, qui votum Castitatis, est causa inducens alios ad peccandum, debeat suum tale votum explicare. Petrus Sacerdos vel Religiosus consilium dat, ut ait Paulum, & Antoniam nullo voto obstrictum congressum, debet ne Sacerdos ille, cum ductionem fatetur, explicare se esse Sacerdotem. Respondeo cum Sanchez lib. 5. in Dec. cap. 1. §. 1. simili, non debere Ratio est quia votum non videtur extendere, nisi ad obligandum vocentem: non sua persona, delectationes Veneras admittit, & ne aliorum ad eandem inducat, propriam enim, Castitatem promissit, non alienam.

33. Hic denique nota Novitium, qui novitiam vota emisit, non obligari patet se esse Novitiam forte peccet contra Castitatem: quia, donec vota novam speciem peccati non committit.

De peccato cum filia Confessoris an sit sacro explicandum Confessorio, dixi supra §. praecedenti.

34. **Q**uoad alterum genus in hac materia, quando in loco sacro, ejusmodi immunditiam, & pollutionem, quando notoria est, puta fornicationem, &c. non illatione indigere. Certum autem est, quod si copula illicita, & quamcumque illicitam semina effusa in loco sacro habitam, si sit notoria, superadditur ratio rationem sacrilegij in Confessione praeficienda.

35. Sed quid primo quando copula est occulta, respondeo. Licet communior, & probabilior sententia cum Suarez t. 1. de Relig. lib. 3. cap. 7. num. 4. Sanchez 9. de Matr. disput. 15. num. 11. Bonacina de Matr. pan. ultimo, n. 7. etiam tunc esse sacrilegium, tametsi facile etiam est cum Valquez tom. 1. p. 2. disput. 1. num. 6. Basil. Pont. de Matr. lib. 10. cap. 10. non esse, atque adeo in Confessione minime expiandum. Ratio est, quia in tantum est sacrilegium, in tantum polluitur Ecclesia: at non polluitur per actum copulam: ergo, &c. Quando autem fuit occulta, la, sed deinde post aliquot dies v. g. facta est, non polluitur quidem Ecclesia in foro externo, magis reconciliatione: at copula praecedens non fuit in foro interno sacrilega, nec ab illa, quia occulta, fuit violata. Idem universaliter docet Acanus Tamb. t. 1. de Ab. l. 15. §. 1. n. 8. his verbis. Ecclesia, & communi occulte polluta, quando pollutio latet, non indiget reconciliatione: at quando incipit publicari, & manifestari violatio, tunc est necesse, ut Ecclesia reconcilietur. Ut Abbas, Navarr. alij.

36. Quid Secundum, si copula sit licita: id est, castalis? Respondeo: si adsit necessitas, non se sacrilegium de qua vide Sanchez lib. 9. de Matr. d. 15. n. 21.

37. Quid Tertiū de oculis, tactibus & locutionibus turpibus sine effusione seminis in Ecclesia publicata? Respondeo non esse ex hoc capite sacrilegium, magis specialiter in eorum Confessione Sacer locos expiandos. Sic ibid. Ratio est quia hoc sacrilegium committitur ex eo quod violatur Ecclesia, (quae quidem violatio per sacros Canones inducitur fuit) at per locutionem quomodocumque impudicos, quamvis cum pollutionis periculo (modo pollutio non laqueatur) non violatur Ecclesia: ergo, &c.

38. Notanter dixi (ex hoc capite) non enim est expiandum cum Delugo disput. 16. sect. 10. num. 47. de hac vel similia exerceat in loco sacro, cum magis in Ecclesia irreverentia, ut si meretricem publice ante impudicis quis tangeret, si in sacro templo comedias repraesentaret, &c. non est, inquam, magis ab hoc Sacrilegij scelus in sua propria specie committitur.

etiam seclusa omni humana prohibitione. Sic Bonac. *de primis Decalogi preceptis* quest. 6. num. 14. & explicat. Ratio est, quia est gravis irreverentia divini cultus, atque adeo ipsius summi Dei notabilis injuria.

Turpiter concupiscere mulierem dum quis recitat officium, non esse mortalem irreverentiam, unde nec necessario speciatim confessio adhibenda, judicat, contra Silvium, Diana p. 6. tr. 7. res. 36. quem lege, nam inde ex modo à me dictis poterit statuere quid si illam concupiscas dum Sacram facis? Quid dum consecras & consummas sacrificium. Quid dum fers sacram hostiam ad infimos? Quid dum ministras alteri eandem Eucharistiam, quid, dum quilibet actu communicat, vel immediate post, hoc est dum sacras species in se habet, & familiariter in his casibus in quibus advertebas gravem & quidem peculiarem irreverentiam Summi Dei, erit mortale sacrilegium in propria specie, seu non item.

Potes quid intelligitur, ad hunc effectum, notari loci facti? Respondeo, quamvis ad effectum refutatus sit facti nomen intelligatur, includaturque ex Sanchez libro 9. de Matrim. d. 15. numero 23. & 42. non solum Ecclesiam ipsam, Capellamque suas, sed etiam Sacramentum, Monasterium, &c. at ad effectum constituti sacrilegium tum in homicidio, tum in furto, tum hic, intelligitur ex Sanchez ibidem à dicto numero, vigesimo tertio, sola Ecclesia, & solum Coemeterium hoc est Ecclesia cum suis capellis consecrata, aut scilicet ab Episcopo benedicta, sacris officiis, aut sepulture fidelium deputata.

Denique, adverte duo. Primo ex Delugo disp. 16. de pen. sect. 12. n. 523. non addere novam sacrilegij speciem circumstantiam temporis sacri; sive igitur die festivo, sive die Veneris Sancti commissum fuerit peccatum, non est necesse eiusmodi temporis in Confessione meminisse. Nisi forte ex alio capite Deo eiusque cultui irreverentia aliqua notabilis irrogaretur: sic ibid. num. 524. ut si quis v. g. ludos publicos, vel comedias, & ludicra spectacula exhibere in die Veneris Sancti v. g. vellet, id esse contra Dei reverentiam, nemo dubitare debet.

Secundo ex Filliuc. tom. secundo, tract. trigésimo, cap. primo, num. 129. apud Dianam parte 1. tract. septimum, resolutione decima octava, nec ex se superadditur similis sacrilegij malitia, ex eo quod quis peccet gestando sacras Reliquias. Ratio est quia non videtur tam gravis irreverentia.

Quid si Sacerdos v. g. portans sacram Eucharistiam, vel Primum copulam carnalem habet, vel Secundo infamaret, seu furaretur, seu quid simile peccatum patrat? Respondeo in primo casu magnam irreverentiam agnosco, unde & grave speciale sacrilegium, contra Religionem commissum, atque adeo Sacerdoti subiciendum. In secundo tam gravem irreverentiam non video. Nec novum est non omnia peccata aequalem turpitudinem continere: nam propter eandem rationem, eam, qui valde impudica ante Altare exercetur, modò numero undecimo, à sacrilegio non liberamus: liberamus tamen cum Azor tomo tertio, capite vigesimo septimo, questione decima quinta, alia peccata non ita turpia committentem.

§. VI.

De adulterio.

Curum est coniugatum turpiter peccantem cum soluta, vel contra debere explicare se esse conjugatum: quia tunc adest nova species, nempe Adulterium. Sed quaestio est, An quando coniugatus cum conjugata (& idem quartum quando professus cum professa) peccat explicandus sit status utriusque, an satis Pars 1.

St dicere commissi adulterium, sacrilegium, &c.

45. Dico non esse satis, sed adulterium, vel sacrilegium ex parte utriusque esse perpetratum forte necessarium explicandum. Ratio est ex Delugo disp. 16. de pen. sect. 5. num. 258. quia tunc duo sunt commissa peccata, alterum quo quis peccat in sua persona, alterum quo cooperatur cum alia, ut illa in propria persona peccet.

45. Sodomia cum conjugate etiam sua, est adulterium: & denique bestialitas, Sodomia, & similia delicta uxori, etiam cum solutis, sunt adulteria, ut item mollietates, atque adeo explicanda: idem dic, de osculis & tactibus impudicis, &c. Ratio ex Sanchez l. 9. Matrim. d. 18. num. 4. Azor. tom. 3. lib. 3. cap. 23. quia in his semper injuria fit coniugi.

De delectatione morosa coniugati, vide supra, cap. 7.

§. 1. num. 4. fine.

46. Superest hic, tanquam in suo loco, quætere an qui sponsam habet de futuro, id explicare debeat, si contra Castitatem peccet? Respondeo probabilissimum esse non debere. Sic Basilii Pontius de matr. l. 1. n. 8. alique. Ratio est quia per sponsalia nondum traditur jus in corpus, quare non peccatur contra justitiam. Et sicut qui vovit Religionem si fornicetur, non obligatur explicare tale votum, quando fornicationem facitur, quia per promissionem Religionis nondum contraxit obligationem voti Castitatis; ita ille per promissionem Matrimonij, nondum contraxit obligationem iustitiae.

§. VII.

De Incestu.

47. Non est dubium Incestum esse speciem luxuriae explicandam in Confessione, quia consanguineis, vel affinibus, contra Castitatem sive per copulam, sive etiam per oscula, tactusve impudicos peccas, &c. nam propterea ita communiter definitur: Est peccatum luxuria, quod committitur cum persona coniuncta. Sed quaestio est an incestus cum consanguineis differat ab incestu cum affinibus: & rursus, an incestus cum alterutris ex praedictis in uno gradu usque ad quartum (nam in aliis à quarto est simplex fornicatio) differat specie ab incestu in alio: v. g. peccato cum matre, cum filia, cum sorore, cum nepote, cum consobrina, sive consanguineis, sive affinibus, differunt ne inter se specie, ita ut in Confessione talis gradus sit ex necessitate declarandus? an verò si quis, cum aliqua ex dictis peccavit, etiam si fuisset mater, satis se explicet dicendo incestum commissi? Quid de peccante cum conjunctis spiritualiter, id est baptismo, vel Confirmatione, & de coniunctis legaliter id est ex Adoptione?

Tribus dictis hæc, quæ satis confusa propter opinionum varietatem apud auctores sunt, breviter distinctæque, ex meo instituto, expedientur.

48. Dico probabile esse nec consanguinitatem ab affinitate, ex S. Thom. 2. 2. q. 15. art. 9. Cæter. ib. d. nec unum gradum ex his differre specie ab aliis. Sic Filliuc. tom. 2. tract. 30. c. 5. n. 97. dicens esse opinionem S. Thomæ Cæter. Soti, & fere Thomistarum: Gripius in tr. de casibus reservat. c. 8. n. 5. Megala in 1. p. lib. 5. c. 12. num. 9. uterque apud Dianam p. 1. tract. 7. res. 31. Vnde licet sine dubio gravius sit contra unum gradum delinquere, v. g. contra primum cum matre, quam contra alium, v. g. cum consobrina; tamen quia non mutatur species, putò non esse ea speciatim ex necessitate patefacienda. Ratio est, quia in omnibus his una specie deformitas est (licet modo levior, modo gravior) nempe contra reverentiam debitam conjunctis. Quod autem id oriatur interdum ex ipsa natura, ut in primo consanguinitatis gradu, & per alios etiam in secundo, interdum verò ex præcepto

cepto Ecclesiae, ut in ceteris, & maxime in gradibus affinitatis; nihil specie diversum ex hoc necessarium inferitur: nam præceptum superioris, cum aliquid præcipit, ponit materiam præceptam in ea specie virtutis, ratione cuius illud præcipitur: nunc autem Ecclesia abstinere ab illis congressibus præcipit, propter eandem reverentiam coniunctis debitam. Quod deinde gradus ipsi non mutant speciem inde probatur, quia hi nihil aliud inferunt, nisi maiorem vel minorem coniunctionem: magis autem & minus non variant speciem, etiam in hac re nostra morali: nisi aliunde probetur esse contra particularem virtutem, vel particulariter contra diversum rectæ rationis dictamen. Id quod hic, quamvis multi probabiliter invenire satagent: nihilominus alij probabiliter item, non inveniri posse contendunt.

Dices. Afferimus hic num. 48. ex probabilissima plurius sententia turpem coniunctionem cum consanguineis non afferre diversitatem specificam necessario in Confessione explicandam aut diversam ab alia coniunctione strictioris consanguinei; quia licet gravius sit contra unum gradum v. g. contra primum cum matre, quam contra alium V. G. cum consobrina, delinquere tamen magis, & minus speciem incestus diversam non constituit. Ergo idem asserere debuimus supra lib. hoc 2. c. 5. §. 1. & 2. in injuriis illatis contra consanguineos vel affines, atque adeo dicendum fuit, injuriam illatam Patri vel Fratri non esse diversæ speciei ab injuriis contortis contra ceteros minus propinquos, quia pariter magis, & minus in debito, quod consanguinei contrahunt, non se conviciandi, non afferunt diversitatem specificam.

Respondeo: Certè urget non improbabiler paritas. Unde probabiliter consequitur, tum in hac materia de incestu, tum in illa materia de injuria contra consanguineos, vel affines inflata, non esse necessario explicandam ejusmodi diversitatem, sed sufficere si dicatur: *Ego mihi coniunctos contumeliose offendi.*

49. Dico secundò, Incestum cum conjunctis coniunctione legali, id est coniunctione orta ex adoptione alicujus in filium (quæ est inter adoptantem & adoptatum: inter adoptatum, & filios legitimos adoptantis, qui in ejus sunt potestate: inter uxorem adoptari, & ipsum adoptatum: & denique inter uxorem adoptantis, & adoptatum.) Dico inquam hunc incestum non esse explicandum, ut distinctum ab aliis incestibus dictis in præced. & nec necessario explicandas diversitates illas dictas in proxima parentesi. Ratio prioris partis hujus dicti est ea, quam num. præced. diximus: quia nimirum Ecclesia propter idem motivum reverentiae coniunctis debita, prohibet ejusmodi congressus. Sic Delugo disp. 16. de penit. sect. 6. num. 328. Ratio posterioris est similiter eadem, quam ibidem diximus: quia diversitas gradus solum indicat magis & minus in eadem specie.

50. Dico Tertio, Incestum cum conjunctis coniunctione spirituali, id est orta ex Baptismo, & Confirmatione (quæ est inter baptizantem & baptizatum, inter patrimum vel matrimum cum ipso baptizato, inter parentes baptizati cum baptizante, & denique inter eosdem parentes baptizati, & patrimum, vel matrimum: quod idem est respectivè in Confirmatione.) Dico inquam cum Sanchez lib. 7. de Matrim. disp. 5. num. 9. incestum hunc esse explicandum ut distinctum ab utroque incestu carnali & legali, prædicto in num. 48. & 49. sed non esse necessarium explicare an ex Baptismo, an ex Confirmatione fuerit orta coniunctio: item nec esse necesse explicare an v. g. baptizans vel confirmans peccaverit cum baptizata, an cum matre ejusdem, &c. Ratio primæ partis huius dicti est, quia incestus spiritualis addit circumstantiam Sacramenti ratione cuius reducit ad genus quoddam sacrilegij. Ratio secundæ, & tertiæ partis est, quia semper in prædictis committitur peccatum cum eadem specie, deformitate, estio graviore vel leviori: quia semper est contra eandem reve-

rentiam debitam personis, ex intuitu Sacramentalis nexis.

51. Huc commodè reducere possumus duo, quæ persunt explicanda. Primum circa incestum fornicationis publicæ honestatis. Secundum circa incestum fornicationis publicæ honestatis esse illud, quod oritur ex sponsalibus de futuro, valide tamen initis; nam his ita initur, ex Sanchez lib. 7. de Matrim. d. 68. & seq. tunc solum dirimens Matrimonium inter sponsum & sanguineis sponse in primo gradu, & contra: id potest valde contrahi Matrimonium à sponso vel à sponse cum dictis consanguineis. Idem etiam impedimentum oritur ex Matrimonio rato non consummato, cum addito ex Sanchez ibid. ut sit dirimens etiam quartum gradum, & etiam si Matrimonium fuerit consummatum, ex quocumque capite, præterquam ex defectu consensus.

52. Jam si quis cognosceret sororem v. g. matrem, filiamve suæ sponse de futuro; rursus, si cognosceret sororem, aliamve consanguineam suæ conjugis verba de presenti, sed nondum consummato Matrimonio; debet in Confessione explicari non solum peccatum, sed etiam ejus qualitatem, nempe incestum cum matre, cum sorore, cum consanguinea sponse, &c. Respondeo cum Delugo disp. 16. de penit. sect. 6. n. 1; certum esse tale peccatum habere materiam incestus carnalis: quia est prohibita talis copula per Ecclesiam, ponentem in ea impedimentum dirimens propter reverentiam coniunctis debitam; quare etiam explicandus. Quoniam verò supra diximus non esse probabilis opinionem, in ceteris incestis necessario explicandos gradus: ita hic ubi incestus oritur ex inito Matrimonio, consequenter propter eandem debitam rationem, dicendum erit.

53. Quoad secundum, id ex quo ad Sodomitium addimus an si quis Sodomiticè cognosceret coniunctum: vel consanguineum, vel affinem, vel coniunctum coniunctione legali, vel spirituali; debet explicari coniunctionem, ita ut non satis sit dicere se Sodomitium commississe, sed necessario addendum, se Sodomitium cum conjuncto commississe.

Respondeo cum Filiiuc. tom. 2. tract. 30. cap. 5. non necessario sic addendum. Ratio quia est ob reverentiam naturalem propinquis debitam, ejusmodi peccatum contra malitiam Sodomie, habet & malitiam iniuriæ. Quatenus enim per hunc incestum Sodomiticè impediatur Matrimonium; quia ut impediatur, debet seminatio in vase naturali; neque per eundem tenetur poenæ contra incestum latæ, poenæ fulminatur contra incestum propriè dictum, id est contra copulam naturalem: tamen quia fit contra prædictam reverentiam, non potest propriam incestus malitiam participare.

54. Major difficultas est, utrum explicandi gradus v. g. sic: *Commissi incestum Sodomiticum cum fratre, vel patre, cum consobrina*: An satis sit dicere: *commissi incestum Sodomiticum*: Respondeo in nostra sententia probabiliter non esse necessario explicandos. Ratio est, quia omnes sunt ejusdem speciei, & solum secundum gradum & minus in eadem specie differunt: id quod, ut diximus num. 48. notat quidem maiorem minoremve gravitatem, sed nequaquam specie distinctam.

§. VIII. De Stupro.

Stuprum est concubitus viri cum virgine femina eadem repugnante: Quare, ea consentiente, ex probabiliissima sententia, est simplex fornicatio. Unde sequitur *suam virginitalis* non esse necesse in Confessione explicare, virgine consentiente: quem, illa repugnante explicare oportebit.

56. Pari ratione Sodomitica copula cum eadem consentiente est mera Sodomia; unde nec ibi *status virginitalis* est declarandus.

57. Cum se virgo polluit, vel delectatur, &c. non facit nisi peccatum mollitici, de quo diximus *supra* §. 4. nam. 19. nam propterea *suam virginitalis* explicare non obligabitur.

58. Ad expediendam Confessionem facit, scire obligationem, quam contrahit stuprator. Dico ergo. Cum virgo defloratur, ipsa consentiente, nihil nec ei nec parentibus debet deflorator. Ita Lessius lib. 1. 10. dub. 1. At si vi, vel fraude, vel promissione virginem quis defloravit, sane tenetur vel dotare, vel ducere, ac solvere quod promissit. Sic *ibidem*.

§. IX. De Raptu.

In duobus differt Raptus à stupro. Primum, quia Stuprum semper est cum virgine, ad Raptum est de quacunque muliere, immo etiam, pueri qui sane Raptus est omnium turpissimus.

60. Secundò, stuprum solum dicit violentiam, vel ad summum fraudem: at Raptus, præter violentiam, addit abductionem. Ita Filliuc. *tom. 2. tract. 36. cap. 6.* est enim Raptus peccatum luxuriæ, quo persona aliqua abducitur cum violentia ad turpem actum cum ea exceptum. Ad idigitur malitiam contra iustitiam; atque adeo specialiter confitendum.

61. Abductio sponsæ de futuro; ut item sponsæ de presenti, id est coniugis per duos menses ante consummationem Matrimonij, ad quod consummandum prædictum tempus conceditur: abductio inquam, ejusmodi, sponsaram, si est ad finem ritè complendi Matrimonium; non est Raptus: quia, etiam repugnantibus Parentibus, non est ex Filliuc. *ibid.* abductio ad id, quod est prohibitum: sed si est ad illicitum finem, explenda scilicet libidinis; erit raptus, speciatim in Confessione manifestandus.

§. X. De Peccato contra naturam.

Quatuor sunt species, & quidem distinctæ, apertendæ ex Filliuc. *tract. 30. cap. 8. num. 142* quia habent turpitudinem, si non physicè diversam, quia omnes prodigunt semen sine spe generationis; certè, ex recta hominum æstimatione, diversam moraliter. Mollities, Sodomia perfecta, Sodomia imperfecta, Bestialitas ad quam reducitur congressus cum Dæmone. De singulis aliquid breviter delibamus.

Mollities.

Est pollutio voluntaria sine coniunctione corporum; seu, ut definit S. Thomas 2. 2. *quest. 52. artic. 11. & ibid.* Cæc. est peccatum contranaturam, per quod voluntaria pollutio procuratur, extra concubitum, causa explendæ delectationis venereæ. Si quis tamen dum se polluit consentiat, vel cogitet morosè in aliquam aliâ speciem, v.g. in adulterium, incestum, &c. contrahit eandem malitiam quam cogitat, adeoque confitendam. Ita Filliuc. *tract. 30. c. 8. n. 54.*

63. Inanimatum instrumentum, quo quis se polluat, non facit mutationem speciei, ut *supra*. c. 1. §. 10. de modo quo assumuntur ad peccandum, universaliter diximus. Dixi (inanimato) nam si animato, ut si manibus alterius, &c. fiat, iam nunc addo.

64. Si quis se pollueret inter brachia, coxendices,

os, &c. femina, vel viri, cum id regulariter procedat ex affectu personæ, seu concubitus cum illa, est sine dubio specialiter explicandum: quia non est mera pollutio, sed copula inchoata. Non tamen credo necessariò esse explicandas peculiariæ partes corporis (nisi sit affectus aliquis particularis, v.g. ad partes præposteras, ob Sodomiam, unde & explicandum) materialiter enim se habent, ex Filliuc. *ibid.* n. 156. & illa major delectatio, quæ in una ex partibus quæritur, non transcendit speciem malitiæ quæ est in alia.

65. Petes: quando quis habet inchoatam prædictam copulam, necessitate habet exprimere in Confessione se seminasse extra, vel intra vas. Respondeo. Ita quia extra dispergitur semen: At intra vas naturale femina, non item. Quid in masculis, dicam mox à n. 77. & addam utilissimam praxim pro hac re.

66. Si quis se polluat manibus alterius viri, vel femina, vel suis alium quis polluat debet id explicare, propter cooperationem cum alterius peccato. Immo si tu tuis manibus polluas uxorem, vel Sacerdotem, &c. debes id explicare: quia cooperaris ad Adulterium, vel sacrilegium; juxta ea quæ dixi *cap. 1. §. 27. de scandalo*. n. 100. At si te suis manibus alius polluat; parum refert, ex eodem Filliuc. *ibid.* pro tuo peccato contra Castitatem, quod ille fuerit vir, vel femina, vel Sacerdos: tunc enim (si aliud non addit) se habent illæ manus ut merum instrumentum, & solum adest cooperatio cum alterius se polluentis peccato; ut dictum est c. 1. §. 20. n. 69. De hoc vide vindicationem meam l. 1. in *Dec. c. 7. §. 1. à n. 5.* vel in calce operis.

De incipiente copulam, & resilientem, semineque dispergente, dixi §. 3. n. 26.

De Mollitie virginis, dixi §. 8. n. 57.

De Mollitie uxorati §. 7. n. 45.

De Mollitie sacrilega §. 5. n. 34.

De comedente calida, ut polluat in somno, dixi *cap. 6. §. 2. n. 7.*

De se sæpius polluyente an sit statim absolvendus, dicitur universim inferius, cum de Recidivo lib. 3. c. 3. §. 4.

Sodomia.

67. Sodomia, & quidem perfecta, est concubitus ad sexum non debitum, ut vir cum vito, femina cum femina: Ita S. Thom. 2. 2. *q. 52. artic. 11. & ibi* Cætan. nam concubitus viri cum femina in vase præpostero, est Sodomia imperfecta, de qua mox. Concubitus autem est copula carnalis consummata: naturalis, si sit in vase debito: innaturalis si sit in loco, seu vase non debito.

68. Sed hic est questio, quandonam mutua procuratio pollutionis inter mares, vel inter feminas debeat dici mollities, quando Sodomia?

Respondeo cum Cætan. *ibid.* quando ex affectu ad personam adest concubitus, si sit inter indebitum sexum, hoc est inter vitem & virum, feminam & feminam; tunc est Sodomia. Quando vero est mutua pollutio absque concubitu, sed solum ad explendam libidinem, est Mollities.

69. Hinc si duo Mares commisceant corpora, & moveantur ad procurandam pollutionem, vel quomodo cumque se tangant impudicè, ex affectu indebiti sexus, ita ut effusio seminis vel sit intra vas præpostetum, vel etiam extra; puto esse Sodomiam: Ita Pater Antonius Martilius Lector Casuum in Collegio Romano in *manuscriptis in Decal. tract. 11. cap. 8. §. 3.* Si sit intra vas, est certum: si vero sit extra, probatur: quia quamvis tunc non sit copula, tamen per illum concubitum est affectus venereus ad indebitum sexum, qui propriè constituit Sodomiam: nam cæterum sive semen effundatur intra, sive extra; semper aquè in loco non si o dispergitur locus etiam præpostetis videtur materialiter se habere in Sodomia; sed formaliter ejus essentia sumitur ex motivo, scilicet ex concubitu cum affectu ad indebitum sexum.

C 2 Confir

Confitimo, quia femina cum femina non alio modo commiscetur, nisi per dictum concubitus cum effusione feminis, & non intra vas praposterum. Inter illas enim non potest esse copula proprie, sed si ipsa femina commisceat corpora ex affectu solam se polluenti, id est explenda libidinis; est mollities: si ex affectu ad indebitum sexum, est Sodomia.

70. Scio Graphium cap. 90. n. 11. ex Navar. cap. 23. n. 249. sentire, ad copulam sodomiticam requiri effusionem feminis intra vas naturale. Sed mihi hæc sententia non placet. Primo quia, ut dicebam, sic inter feminam & feminam non esse Sodomiam. Secundum quia talis concubitus ex affectu indebiti sexus, cum effusione feminis extra vas, non est Mollities: quia hæc est pollutio ex affectu explenda libidinis, ut supra diximus: ergo est Sodomia.

71. Solum igitur sententia Graphij est vera, quoad poenas, & reservationem, si quando Sodomia est peccatum reservatum: poenæ enim, & reservatio, cum sint odiosa; restringuntur ad Sodomiam principalem, & maximè notam, & undequaque certam.

72. Ex his ergo collige, cum vir cum viro, vel femina cum femina peccant per dictum concubitus; satis esse in Confessione dicere se *exercuisse Sodomiam*: sine necessitate dicendi an semen intra, an extra vas emisserint. Quid dicendum quando vir praposterè feminam cognoscit, & semen extra vas dispergit, dicam *morè*, cum de Sodomia imperfecta.

73. Vnum denique hic adverte, in Sodomia non satis esse dicere, *Sodomiam commisi*; sed explicandum insuper, an, quis fuerit Agens, an Patiens. Ita Delugo disp. 16. sect. 4. n. 243. Ratio est, quia Agens committit pollutionem: quam patiens non eo ipso, quod patiens est, committit.

De Sodomia cum affine, vide §. 7. §. 4.

De Sodomia uxorati, vide §. 6. n. 45.

De Sodomia cum infideli vide §. 4. n. 22.

De Sodomia cum Virgine: vide §. 8. n. 56.

Sodomia imperfecta.

74. Sodomia imperfecta, quam alij vocant innaturalem concubendi modum, est peccatum contra naturam, per quod vir cum femina concubuit extra vas naturale. Est species distincta à Sodomia perfecta; adeoque speciatim in Confessione exprimenda: perfecta enim procedit ex affectu ad indebitum sexum: hæc verò procedit, non ex affectu ad indebitum sexum, sed licet ad debitum, tamen ad partem innaturalem.

76. Sed quid dicendum, si quis se polluat inter cæteras partes feminæ, coxendices, brachia, &c. Respondet, de hac re dictum supra n. 64. Illud hic sive reple, sive adde. Si primò, sit concubitus ex affectu ad personam ipsam, sexumque femineum, est copula fornicaria sive adulterina, sive incestuosa juxta conditionem personæ, atque adeo est aperiendus. Si secundo, sit concubitus ex affectu ad praposteras partes, est Sodomia imperfecta, de qua agimus, ac similiter aperiendus. Si tertio denique, sit sine concubitu, sed merè ad explendam libidinem; est Mollities, ex se explicanda.

76. Si quis tamen fateatur absolute concubuisse cum femina; regulariter intelligitur fuisse ex affectu ad personam primo modo, non verò secundo, vel tertio, nisi aliud expresse fateatur. Ratio est quia intelligitur illud concubitus factum esse more ordinario: mos autem ordinarius est, ut vir cum femina commisceantur ex affectu ad sexum femineum. Unde vides multum differre hunc concubitus viri cum femina, ab eo concubitu viri cum viro, vel femina cum femina: ille enim est Sodomiticus quia non potest esse ex affectu ad copulam naturalem: hic non est Sodomiticus; quia quando vir cum femina miscetur; semper regulariter est ad copulam naturalem.

77. Hic universaliter est ad copulam naturalem. Hæc velum diligenter pernotes. Hæc à nobis dicta esse

ad dandum veram harum rerum essentiam: Ceterum praxi Confessario expedit tot minutias nequaquam interrogare. Audi Filiucium, in *Instruct. brev. pro Confessario*, cap. 1. circa initium. Prudens, inquit, esse Confessario debet in exigendis causæ circumstantiis sexus præparatoris ad actum consummatum, modis minimè necessariis, ne se vel penitentem excitet ad aliquam rationem Audi Coninch, disp. 7. de Sacram. dub. 7. n. 1. Præstat aliquando Sacerdotem minus perfectè penitentem intelligere, quam vel illi vel sibi aliud datum creare, & esse nimium. Audi Angelum P. in *Instructionibus*, num. 1. Constituitur, inquit, mulier quæ sit nita extra vas debitum: non querat postea Confessarius in quo loco, vel quomodo & huiusmodi, sicut faciamus ad, qui equius sunt contaminatores quam Confessarius. Vide Fagund. præcep. Eccl. 2. lib. 4. cap. 2. num. 3. Hæc bonum in exam. Eccles. 2. lib. 4. cap. 12. quæst. 12. de go disputat. 16. de penitent. sect. 14. num. 595.

Besialitas.

78. Bestialitas est Concubitus cum re animata, ejusdem speciei cum homine. Huc reducitur concubitus cum Damone; quia adhuc ille non est ejusdem homine speciei, etiam si assumat formam hominis. Thom. 2. 2. q. 52. art. 1. In hoc crimine non est ratio explicanda genus animalis, sive sit equus, sive equa, sive ovis, sive gallina: semper est enim eadem specie moralis deformitas. Ita Filiuc. tract. 30. c. 1. Ac si sit concubitus cum Damone, debet id explicari sic idem *ibid.* num. 161. quia superaddit peccatum contra religionem, id est commercium cum Deo, quod omnium nequissimo inimico.

Nota insuper exprimi in confessione oportet, si Daemon fuerit sub forma feminæ, vel viri, vel si talis conjugati, vel talis monialis, profissa, &c. *ibid.* Ratio est, quia tunc, præter Bestialitatem, affertur ad talem.

CAPUT VIII.

Circa Septimum, & Decimum Decalogi præceptum.

§. I. De Furto communi, Rapina, & Damno.

1. **S**ecundo probabilem opinionem, docentem circumstantias in eadem specie aggravantes necessariè exprimendas: Dico cum Delugo disp. 16. n. 121. satis esse si furtum facti debet dicere: *Furtum in materia gravi commisi*: at non dicere te furatum v. g. decem, cum factis furtis octo, vel quindecim: quia sic non explicates furtum quod commisisti; sed aliud, quod non commisisti. Si te de præcisa quantitate interroget Confessarius, vel quo ad aliam obligationem; illam tenebis explicare: Sic *ibid.* num. 123. quia is habet lus ad interpellandum penitentem de omnibus, quæ ad suæ salutem maius contuere possunt ut diximus cap. 1. §. 1. n. 6. & de mus cap. 10. §. 2. num. 38.

2. Si quis publicum Magistratum gerens furtum v. g. Index, Gubernator, &c. debetne explicare tale furtum quando furtum illud avertit Confessario? Respondet cum Delugo disp. de penit. 16. sect. 4. 180. probabiliter non debere: quia munus, quo fungitur, cuius impedire tenetur furta in Civitate, non videtur re hac novam speciem superadere. Nam sic etiam Sacerdos v. g. aliquem percutiat; non obligatur explicare se, cum esset Sacerdos, hominem percutisse: hoc enim indecens magis sit à te, cum sis Sacerdos aliquem percuti, tamen nova species non non additur.

3. Rapina specie à furto differt: Ita idem

Cap. VIII. Circa VII & X. Decal. Præcept. 29
 f. 1. num. 49. quare & in Confessione promenda; spe-
 ciat, inquam, mortali. Repinam est quidem rei alienæ
 contumelia, sicuti furtum: sed addit violentiam, atque
 adeo addit vis & contumelia contra Dominum.

Deo addit vis & contumelia contra Dominum.
 4. Dammum datum five hoc, vel illo modo, five
 hoc, five illo instrumento, semper est ejusdem speciei:
 aliquid debeat in Confessione explicari, vel propter
 censuram fore annexam, vel propter reservationem,
 vel simile quid. Idem cum eadem limitatione dic in fur-
 to, five fiat per dolum contractum, five per usuram,
 five alio modo.

De furto facto pluribus, vide cap. 1. § 9. n. 65.

§. II. De furto Sacrilego.

Furtum commune à sacrilego, specie differt; adeo-
 que speciatim apud Confessarium deponendum:
 quæstio nimirum aliquis per furtum violat res sacras. Id
 quod tribus tantum modis evenire potest ex Fagund.
 1. lib. 4. cap. 4. num. 8. Vide etiam Bonac. circa
 primum præceptum disp. 3. §. 6. n. 53. & Delugo de pœnit.
 disp. 16. f. 10. à num. 469. Primum, si quis à loco sacro
 id est ab Ecclesia foretur rem Ecclesiæ, five sacram, ut
 Calicem: five Ecclesiæ propriam, ut ejus pecuniam. Vel
 velum etiam existentem extra Ecclesiam, quia istis est,
 ut sit Ecclesiæ propria, nam sic dicitur, auferri à Do-
 mino Ecclesiæ, atque adeo à loco sacro. Ita Colligitur
 ab Autoribus in margine citatis.

Secundò, si quis foretur rem, profanam quidem, sed
 quæ ita custodita tradita sit Ecclesiæ, vel eidem Eccle-
 siæ accommodata, ut ipsa Ecclesia de illa re teneatur.

Tertiò, si quis rem sacram v. g. prædictum Calicem
 consecratum, à quocunque loco etiam non sacro, fore-
 tur. Ratio horum est, quia in his tantum casibus, loco
 sacro teque sacræ injuria particularis irrogatur.

Praeter hos igitur casus non interveniat ratio furti sa-
 crilegi. Quare si quis foretur crumenam divitis in Ec-
 clesia, vel sellam ejusdem in Ecclesia positam, ad ejus-
 dem divitis commoditatem, vel tapetia profana existen-
 tia five extra, five intra Ecclesiam: vel gladium v. g.
 Parochi, quem Parochus, nomine suo, non verò nomi-
 ne Ecclesiæ possidet: non committit sacrilegium, &
 confitentur non debet illud, nisi ut vulgare furtum,
 confiteri. Ita Bonac. ibid.

CAPUT IX.

Circa Octavum Decalogi præceptum

§. I. De Contumelia, Detractione, Iudicio temerario.

Alid testari contra aliquem, non solum quis solet
 in iudicio, sed etiam extra: ac propterea huc reduci-
 mus peccata conviciandi, infamandi, detrahendi, &c.
 Sed jam per occasionem nonnulla tetigimus de con-
 temeliis, deque detractionibus cap. 1. §. 7. num. 53. & 54.
 Quæ ratione scilicet qui unico contextu contumelias
 varias, variasque detractiones contra eandem commit-
 tit, unico peccato peccet: & §. 9. n. 63. quæ ratione qui
 unica detractione multos simul læsit, unico item peccet
 peccato: & cap. 5. §. 1. & 2. quæ ratione injuriæ, contu-
 meliæque iactæ contra parentes, consanguineos aliosque
 inter se differant. Cætera igitur, quæ pro nostro instituto
 supersunt in præsentia suo in loco sic habet.

1. Quamvis detrahit in una materia graviori infe-
 rat minus nocumentum, quam in alia minus gravi: qui
 etiam explicari in Confessione non possit, nisi expli-
 cando materiam detractionis, & conditionem personæ,
 cui detrahitur: v. g. Proximus infamatus fuit, ut hare-
 ticus, an ut fur, an ut Sodomita: & rursus an infa-
 matus fuit Rex, an Episcopus, an Sacerdos: immo nisi
 explicetur etiam & numerus eorum, coram quibus de-
 trahitur, actus enim offenditur proximus, si coram de-
 P. 11.

cem, quam si coram duobus de illo detrahas, tamen
 cum hæc, & similia culpam aggravent quidem, sed in-
 tra eandem speciem: non sunt necessariò in Confessio-
 ne declaranda, nec à Confessario interroganda. Ita De-
 lugo de pœnit. disp. 16. f. 10. n. 112. Molin. tom. 5. de iustitia,
 tract. 4. disp. 19. n. 3. Azor, tom. 3. lib. 12. cap. 5. dub. 1.
 aliisque, satilque erit si dicatur in huic modum: graviter
 infamari, detraxi convicia comuli, ter, vel quater &c.
 sine necessitate explicandi an injuria, in convitio, in
 detractione, dixerim proximum esse hæreticum, seu ho-
 micidam, seu furem: vel explicandi, affuisse præsentem
 duos, vel decem: vel denique significandi eum contra
 quem egi, fuisse Regem, vel Sacerdotem: excipe, nisi
 fuisset Pater, vel alius ex dictis dicto cap. 5. §. 1. & 2.

3. De iudicio temerario, idem propter eandem ra-
 tionem sentiendum erit: nam quia bona exstimatione, quæ
 per iudicium temerarium maculatur, semper est eadem
 in genere moris, satis erit dicere, toties in re gravi teme-
 re iudicavi, &c.

4. Diximus supra cap. 1. §. 8. num. 53. cum qui unica
 continuatione locutionis, multas detractiones de eod-
 dem exhibet, unice peccare. Iam quid, si unica simili
 continuatione locutionis, detrahat quis multis, v. g. tri-
 bus personis Petro, Paulo Antonio?

Respondeo, cum Delugo ibid. num. 135. si unica locu-
 tione, hoc est, unicum recensendo factum tres illos of-
 fendat; satis est dicere: De pluribus semel detraxi: five
 illi plures fuerint tres, five quatuor five decem. At si in
 eadem confabulatione, nunc Petro detrahas, mox ad in-
 famandum Paulum sermonem convertas, &c. diversa
 mala de singulis proferens; credo debere exprimi tres
 detractiones sigillatim; licet enim continuatio fiat con-
 fabulationis; nihilominus numero differunt ejusmodi
 detractiones, sicuti differre numero diximus tres copu-
 las cum eadem, vel diversa femina, continuatim, eadem
 nocte habitas.

5. Petes, differtne specie, falsum defectum proximo
 imponere: & verum, sed occultum propalare? Respon-
 deo cum Molina tom. 5. disp. 26. num. 8. probabile esse
 non differre, atque adeo non necessariò in Confessione
 declarandum: quia utrumque unam, eandemque bonam
 lædit exstimationem.

6. Adverte hic denique duo. Primo, posse detra-
 ctionem per accidens esse contra alias virtutes; & tunc
 sine dubio id esse Confessoribus aperiendum: v. g. si
 prævicens ex tua detractione proximum incursum
 damnum in vita, honore, bonis; tunc detrahit, cum non
 solum sit proximi famam cummaculans, sed tale detri-
 mentum insuper afferens; illam novam malitiæ speciem
 inducat necesse est.

Quid si prævideas quod dum detrahas de Petro, co-
 tra Paulo; Paulus gaudebit de illius gravi malo? Respon-
 deo tunc etiam te peccare contra charitatem, cui
 scandalum speciale præbes: coque modo explicandum,
 quod diximus cum de scandalo egimus cap. 1. §. 17.

7. Secundò, Adverte differre Detractorem à Sufur-
 rone: susurro enim est qui detrahendo, pacem & con-
 cordiam inturbat; cum detractor ab hoc abstrahat.
 Susurro ergo cum accumulet supra læsionem famæ, dis-
 cordiarum seminationem; addit aliam speciem culpæ,
 contra charitatem, quæ subiici omnino clavibus debeat.
 Ita Delugo de iust. & iure tom. 1. disp. 14. f. 10. n. 40.

Quo ad restitutionem famæ lætæ; non est nostrum
 hic disputare; sicuti nec disputavimus de restitutione bo-
 norum in furto; nec de aliis quæ nequaquam proximè
 faciunt ad expediendam Confessionem, quæque ab
 Authoribus sunt in suis locis exposcenda.

§. II. An in Confessione manifestari solus
 peccati possit?

Hoc quidem nostrum est munus, breviter execu-
 tere, ex quo tum Penitentes, tum Confessarii
 aliquam trahent facilitatem expeditæ Confessionis.

C 3. Primò

subdendi clavibus, atque adeo Confessori cuique legitimo omnia mortalia, ut ab ipso directè absolvantur.

Lege Dicastillum, de pen. d. 6. §. 2. a. n. m. 3. 8. qui quavis doceat, quando peccata in necessitate prædicta absolventur, absolvi directè, tamen notat debere semper speciatim deinde clavibus subdi.

Impotentia physica: ubi de Confessione, & absolutione moribundi.

1. Am primum caput excusationis est physica impotentia. Primo ergo quando quis ob vicinam mortem physice loqui non valet dato signo, quo moriens peccat Confessionem, vel aliquo, si potest dicto peccato, saltem in genere, potest absolvi brevè absolutione infra ponenda lib. 3. cap. 1. §. 2. idque etiam sine inunctione penitentis: quia hæc in necessitate omitti potest, cum sit solum pars integralis.

2. Secundo idem dic, si ob vicinam naufragium seu prælium, vel quid simile, non est tempus omnia peccata deponendi. Immo quandoq. imminens periculum, aliud non permetteret, possent multi simul dolorem ostendere, & aliqua peccata confiteri, & sic simul absolvi. Sic Coninch. de Sacramentis disp. 7. n. 76. Delugo de pen. disp. 7. a. sect. 1.

3. Tertio, si quis sit surdus, vel mutus: dicat enim quantum moraliter potest, &c. Sic. Laxman ibidem §. 7. n. 6. & 8. n. 9.

4. Sed circa primum casum de moribundo, sunt aliqua non parum necessaria nobis addenda. In hoc enim casum fit, Primo, dato signo à penitente, ipso Sacerdote præsentem, posse illum ab eodem absolvi.

Addit Vancius in sing. cas. §. 5. ex Ioan. Sanchez in sel. 4. n. 3. 5. quavis eventus plures infirmum confessum fuisse peccata sua, nihilominus, sanum fore consilium, necesse est iterum illum absolvere præstitis solis donis signis.

5. Rursus certum sit dato signo, non præsentem Sacerdote, sed præsentem alio, qui alius coram infirmo testificetur ipsi Sacerdoti jam facto præsentem, de voluntate moribundi; posse, immo & debere absolvi, ut doctè probat Coninch. de Sacram. disp. 7. dub. 10. Id quod intellego, etiam nulla in absolvendo adhibita conditione. Ratio est ex Delugo de penit. disp. 17. sect. 3. §. 4. n. 90. quia, licet quando quis operatur ex assensu dubio; ut si Sacerdos dubitet, an ligna ab infirmo exhibita, fuerint ex vero dolore? vel an quando dixit infirmus se velle confiteri, fuerit sui compos, licet inquam tunc sit apponenda saltem mente concepta conditio (id est, si es rectè disposuit, seu, si es capax, se absolvo, &c.) tamen quando operatur ex assensu probabili, ut in casu, de quo loquitur operari possumus absolute, & sine conditione: quia assensus præcedens absolutus est, quavis sit probabilis.

6. Apud eundem Coninch. invenies hanc doctrinam non esse contra illud decretum Clementis VIII. quo damnavit hanc propositionem. Licet per literas aut intermedium Confessario absentis peccata sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere. Et rectè: nam noster casus est longe diversus ut patebit prædicta Decreti verba consideranti: & extat ex eodem Coninch. testimonium ejusdem Clementis datum Bellarmino, se non intelligere damnatæ doctrinæ modum traditæ.

7. Restant igitur duo querenda. Primum, quando datur signum, sed absente Sacerdote: & testis certior quidem facit de dato signo Sacerdotem; at procul ab infirmo: an Confessarius possit nihilominus, absente testis, quasi absente interpretare, absolvere.

Quo ad primum, dico in rigore Theologico talem moribundum, qui ne nutum quidem dedit petitionis Confessionis nequaquam absolvi posse. Ratio est, quia nulla tunc adest materia proxima nempe Confessio peccatorum exterior, & sensibilis; nec generaliter nec confusè quidem. Lege Coninch. disp. 5. de Sacram. n. 28. & Delugo de penit. disp. 17. sect. 5.

Quod si citentur aliqui Canones, statuentes absolvi moribundum posse qui nullum dedit signum; sunt ij intelligendi, si nullum dedit signum præsentem Sacerdoti, dedit tamen adstantibus.

11. Dixi (in rigore Theologico) nam quia nonnulli Doctores, Homobonus, Molfsius, Lotterius, De-litteratis, alique apud Dian p. 3. tr. 3. ref. 8. putant ejusmodi moribundum satè superque petere Confessionem per mores Christianos tota vita sensibilibiter peccatos: atque adeo putant absolvi posse, saltem sub conditione si est capax absolutionis: idcirco in praxi censeo posse, saltem sub conditione dicta: Immo propter tam urgentem instantis mortis necessitatem, etiam debere. Ratio est, quia per conditionem cavetur injuria Sacramenti: & ex alia parte consilium, quantum fieri potest, salutis moribundi, quia in tali articulo præsumi saltem attritus potest.

12. Quid, si forte ita actualiter peccando, subito destituatur sensibus, ut non possit humanitus loquendo atteri. Respondet tunc non esse præsumendum attritum, atque adeo nec absolvendum docent communiter: Vide Coninch. in simili disp. 19. de extrema unctione, dub. 5. citantem Suarium disp. 42. De Sacram. sect. 1. n. 10. sed ego sub prædicta conditione vix illum regulariter sine absolutione dimitterem: non quia velim absolvere non dispositum; sed quia rarissime evenit ut tam citò sensibus quis, dum actu peccat, destituatur: ita ut vicinus morti non velit suæ salutis consulere per aliquam attritionem.

13. Quoad secundum. An scilicet, dato signo absente sacerdote, & absente eo, qui de signo in sua præsentia dato testificatus est, absolvi moribundus possit; Dicunt aliqui non posse. Ratio potissima eorum est quia putant id prohiberi à prædicto Decreto Clementis VIII. at dico etiam in rigore posse, & debere: etiam si testis sit unusquisque qui de signo coram se dato testificatus est, & non sit præsentem: ex Coninch. de Sacram. disp. 70. dub. 10. Præpos. in 3. p. de qual. Confessionis dub. 3. num. 78. vide etiam Delugo de penit. disp. 17. tota. sect. 4. & 5. idque non solum sub conditione (si capax est) sed etiam absolute ex Delugo ibid. sect. 7. §. 4. Ratio est quia moribundi necessitas urget nos, ut quantum possumus, ei consulamus: & ex alia parte, nihil est quod impediatur. Confirmo: quia ita docetur à Concil. Arausicano, à Carthaginensi, à S. Leone, à Rituali Romano Pauli V. qui fuit post Clementem VIII. fuisse citatis à Coninchio, & Præposito ejus collegas: cum enim hi non distinguant, an astantes debeant ferre testimonium præsentem, vel non præsentem infirmo; nec nos distinguere debemus. Quod autem huic doctrinæ nec illud Decretum, nec alie rationes obstant, fuisse apud eosdem lege si lubet.

14. Sed hic est scrupulus aliquibus Confessariis arduendus. Dictum est prædictum infirmum, dato signo esse absolvendum, iam quodnam esse hoc signum debet? Dico ergo ejusmodi signum triplicis generis esse posse. Primo, potest esse signum ordinatum ex natura sua ad Confessionem: ut si Confessario ipsi, vel adstantibus infirmus dicat se dolere de peccatis, se petere veniam peccatorum, se velle confiteri: & tunc non est dubium sufficiens esse signum ut is absolvatur Ita Suarez. Vasquez. Bonac. alique apud Delugo disp. de penit. 17. sect. 2. n. 16.

15. Possent secundo exhiberi huiusmodi signa sine ulla mentione, vel clara ordinatione ad Confessionem, ut si infirmus tundat pectus, dicat miserere mei Deus, & similia: & tunc etiam sufficiens esse signum putandum est: quia in tali casu extremæ necessitatis, sufficit tacita petitio Confessionis: qualis hæc præsumenda à Christiano est.

16. Possunt tertio haberi hæc signa sub dubio, an orientur ex penitentia, & dolore de peccatis, an ex træmore, metu, vel angustia morbi, vel mortis: ut si petenti signum an velit confiteri, respondeat infirmus solum suspirando, vel lachrimando, vel manum Confessario stringat: potest enim id esse à vi morbi manus nervos contrahentis, vel ex alio capite. Et tunc dicunt aliqui ibid.

etiam absolvendum, sed sub conditione, saltem animo retenta (si est recte dispositus) quia in illo periculo nihil nocet sic absolvere, & multum non absolvere noceret.

17. Petes adhuc: qui prius per aliquod ex tribus praedictis signis, vel etiam expresse petiit Confessionem; & deinde incidit in phrenesim, potestne absolvi? Respondeo: si talia signa edidit morti proximus, potest ex Layman apud Delugo *ibid.* n. 30. modo praedicto: quia praesumitur perseverantia dispositionis debita: At si haec signa edidit, quando erat sanus, longe à periculo mortis, non poterit ex hoc capite: quia non praesumitur actu dispositus, seu in illa dispositione, ut oportet, perseverasse. Dico ex hoc capite: nam ex alio capite, quod nimirum posset praesumi in ea vicinitate mortis moribundum habere lucis intervallum, & se atterere, posset sub conditione absolvi.

Petes iterum hac occasione, an non solum in casu necessitatis sed extra illam, atque adeo per se loquendo, confessio peccati venialis in genere, idem videtur dicendum de peccatis mortalibus, alias rite absolutionis, possit esse materia sufficiens, valide, & licite Sacramenti poenitentiae, sic nimirum. Confiteor omnia mea peccata venialia; nihil addendo praeterea, quamvis, qui sic confiteatur, possit certa venialia confiteri.

Respondeo Sicut, de poenit. d. 13. sect. 1. n. 10. ait, speculative fortasse posse. Sed in praxi non ita propter incertitudinem materiae. Verum Dicastill. *ir. de poenit.* d. 6. dub. 9. n. 761. vide etiam dub. 17. d. n. 397. ait, probabile esse, posse, etiam si recorderetur quis certorum venialium. Ratio est, inquit quia eo ipso, quod probabile sit, eam esse materiam sufficientem: & ex alio capite, non esse materiam necessariam, non video cur non possit quis licite eam adhibere tantum. In Sacramentis enim quae nullo modo sunt de necessitate salutis (quale est de solis venialibus) in tali casu non videtur ita necessarium adhibere materiam omnino certam, ut obligetur quis sub culpa maxime mortali: Nam ad hoc ut quis prudenter operetur, satis est, quod adhibeat materiam probabilem. Haec autem est valde probabilis. Adde, quod si hoc speculative probabile est, etiam erit practice. Tunc enim tantum in re morali dicitur aliquid speculative quidem verum, sed non practice, quando id, quod in speculatione consideratur, non potest exhiberi in praxi quin aliqua contingat variatio, quando vero omnino invariantum potest reduci ad praxim ea ratione, qua consideratur in speculatione, si speculative verum est practice quoque verum censei debet. Qua propter cum confessio venialis in genere possit in praxi exhiberi eo modo, quo speculative censetur sufficiens, erit etiam practice censenda talis. Haec Dicastillus.

Petes denique hac eadem occasione Tertio. An Primo absolvendus sit ille, qui solum fatetur in genere, se post ultimam confessionem peccasse mortaliter, sed non recordari, qua specie peccati? Secundo quid si sit spes, ut post adhibitam iteratam diligentem illius recorderetur? Respondeo ad primum, esse absolvendum: supponimus autem adhibitum fuisse sufficientem moraliter exami quod quale sit dicam *lib. 3. cap. 9. §. 3.* secus certum esset, debere expectari, ut illud praemittatur. Ratio responsionis est: quia tunc confessio est integra formaliter. Neque vero poenitens, si alio peccato forte non aggravetur cogendus est afferre aliud speciale peccatum alias ab ipso commissum & per confessionem remissum: quia sic illum obligares ad bis confitenda peccata, ad quod nemo tenetur. Absolvatur ergo, quia jam affert materiam sufficientem, quale est peccatum in genere, quare valida erit absolutio, & ex alia parte erit licita, quia, ut dixi, confessio tunc formaliter integra est.

Ad secundum Respondeo ex Bonac. *ib.* supposito, sufficienti examine non obligari Poenitentem ad iteratum examen ex necessitate (esto ex consilio, si non sit scrupulosus) Ratio responsionis est, quia homo non tenetur, ut inferius loc. cit. dicemus, nisi ad examen morale, quod hoc poenitente adhibitum jam fuisse, supponimus.

Impotentia Moralis: ubi de absolute refertur
rum diminuta.

18. Secundum exculpationis caput, ut taceri debet, quae est quoties poenitens ex Confessione aliquid dederit aut sibi, aut proximo aliquod notabile damnum. Multos autem casus certos, nonnullos vero probabiliter timet suum, quem alius non habet, Confessarium revelaturum aliquid Confessionis.

19. Secundum, quando confiteri non potest; nisi à Confessore, v. g. interpret, auditurus sit. Excepit articuli mortis. Nam tunc ex precepto charitatis, quilibet de remedio salutis providere debet, & Coninch. *disp. cit. §. n. 77.* in tali enim articulo tenetur temerari aliqua venialia, & generatim omnia mortaliter, dicendo, se fatetur omnia, quae forte commisit: tutorem suam salutem reddit, ex alia parte nullum sequitur absurdum.

20. Tertio quando pilla v. g. rationabiliter timet ne turpia confitens, à Confessario, quem alium amaret, sollicitetur.

21. Quarto quando poenitens, propter fragilitatem sibi notam, timet ne diu immorando in similibus peccatorum examine finem eadem morando in similibus peccatorum examine: nisi leviter: quamvis sint ex deo de minimis nonnulla tacenda. Immo simile quid debet servare Confessarium in interrogationibus de quibus rebus turpibus, diximus supra c. 7. §. 10. n. 77.

22. Quinto, quando poenitens est nimis scrupulosus, ex Calstop. *tom. 1. tract. 1. disp. 4. puncto 1. n. 4.* enim cum addit tum periculum faciendi odiosum Confessionem, tum periculum damni ipsius poenitentis summa difficultas, quae est moralis impossibilitas, praestat aliqua potius omitti, quam notabilia haec determinata subire.

23. Sexto, quando Confessarius ipse, non habens alium Confessarium, peccatum suum Sacerdoti confiteri non possit, nisi frangat sigillum Confessionis: tunc tamen fateri poterit peccatum in genere, idque cum appropinquata, ne sigillum frangat.

24. Septimo, quando Confessario imminet periculum notabile. Ut si poenitens sit cum morbo contagioso, nec Confessarius possit à longe audire: tunc cum paucis peccatis auditis, absolvat.

25. Haec sunt certa: modo advertas duo. Primum, ut praedicta incommoda sint graviora, extrinsecae Confessionis: non quoniam satis est timor, quod Confessarius teneat pro peccatore, vel quid simile: hoc enim est intrinsecum Confessionis, quo non obstante, illam Christus Dominus instituit. Secundum, quod semper intelligatur nisi alterius Confessarii copia suppetat, etiam si hoc est aliquo parvo tempore expectandus, ad longum tamen nequaquam obligaris.

Super sunt duo, vel tria, quae vertuntur in dubio. 26. Dubitatur enim primo, an qui habet cellam reservatos, possit hos solos fateri Superiori potestatem habenti illos absolvendi, & ab ipso absolvi, ac proinde remittere ad inferiorem: vel contra, fateri solos non reservatos inferiori, qui absolvat, remittatque pro ceteris reservatis ad Superiorem, in his enim casibus jam aliquo in Confessione priori contingerentur.

27. Dico id absolute fieri non posse. Ratio est quod esset dimidiare Confessionem, sine necessitate. Quamvis hisce eventibus vel Superior audiat omnia, & absolvat, vel audiens reservata extra Confessionem, tollat reservationem, seu mittat ad Inferiorem, cui confiteri potestatem abso vendi à reservatis. Si vero sit Inferior non solvat, sed mittat poenitentem ad Superiorem, vel adeat, impetretque potestatem; & tunc deum rite absolvat: ita Doctores Coninch. *disp. 7. n. 77.* Praxi de Confess. 9. d. 4. dub. 9. & alij passim, quidquid dicat Cuius

in summa V. Confessio, concl. 10. qui ait contrariam
in summa Curia consuetudinem: in qua discutienda (in
quibus non oportet nuncius sapere: quidquid inquam di
cat: nam consuetudo illa solum est quoad tollendas cen
suras, & reservationem; non vero quoad absolvendum
sacramentaliter.

28. Dixi autem (absolutè) nam si aliqua necessitas
argere posset: si v.g. penitens non valeret adire in
feriorem, sed solum Superiorem; qui tamen Superior
propter aliquod grave impedimentum, v.g. articulum
mortis, non possit omnino peccata audire, &c.

29. Dubitatur secundo, an possit taceri complex,
quando illi sequeretur infamia apud Confessorem, v.g.
filius cum matre peccet, quæ nota est Confessario, an
filius, qui nullam aliam habet conjunctionem in primo
gradu, possit fateri diminutè, id est se solum fornicatum
esse, & tacere incestum?

30. Dico, quia non supra cap. 9. §. 2. secuti etiam su
per sententiam, quæ docet possè, immo debere quem
piam in similibus casibus complice propalare; ideo
consequenter, hinc dicendum, non possè propter hanc
sententiam diminutè fateri: Ita Coninch, cit. n. 89. Suar.
disp. 14. de pen. sect. 2. n. 11. Fagund. max. citandus. Quo
modo vero Navarrus & alij, quorum sententiam vixit
prohibibilem vocat Fagundez præc. Eccl. 2. lib. 5. cap. 1. n. 8.
& Suar. citatus ab eodem num. 1. sine sequuntur sen
tentiam nostram contrariam; ideo illam diminutionem
admittunt, & quidem satis probabiliter.

31. Dubitatur tertio de obiecto seu materia pecca
ti, ut explicuimus dicto §. 2. num. 14. Sed de hoc idem di
cendum, quod de complice jam diximus, ut ex paritate
rationis constat.

Error vel ignorantia.

32. Tertium Caput est error, vel ignorantia in quo
certum est primò, excusari eum, qui inevitabiliter
ignoravit, seu inculpabiliter tacebat suum peccatum.

33. Certum est secundò, quando ignorantia est so
lum venialiter culpabilis, nec valorem nec fructum Sa
cramentalis ritè suscepti impediens, excusari peni
tentem à mortali.

34. Certum est tertio, quando est culpabilis mor
taliter, non excusari: atque adeo tunc & fructum, &
valorem Sacramenti impediti: tunc enim, cum desit
Confessio dolorosa, non ponitur materia apta Sacramen
to; quomodo enim Confessio erit dolorosa, si actu ra
tione illius culpabilis mortaliter ignorante, peccatur.

35. Certum denique sit Quarto, quamvis sit lauda
bile, ne ex errore, & inadvertentia taceatur aliquod
peccatum, scribere peccata; neminem tamen, etiam si sit
liberæ memoriæ, ut notat Dicastill. lib. 5. de pen. d. 6.
dist. 14. n. 144. obligari, immo nec esse laudabile si quis
sit paulò scrupulosior. Neque te conturbet communis
doctrina, docens omnia peccata esse Confessori subii
cienda: nam satis dilucidè notavit Concilium Tridenti
num, solum Fideles obligari ad omnia, quæ facta morali
diligentia, menti occurrunt: non autem ad omnia quæ
quomodocumque fuerint commissa. De examine, quod
precedere debet Confessionem, ne quid taceatur, dicam
infra l. 5. c. 9. §. 3.

§. II. De Mendacio in Confessione.

36. Penitens multis posset modis in Confessione
menti, dum confitetur: id quod breviter expli
cat, ad nostrum pertinet institutum: quo penitens, si
forte tunc mentiatur, cognoscat graviterne, an leviter
peccaverit: atque adeo benè, an perperam sit cetera
confessus.

37. Primò igitur, certum est, peccatum esse grave
menti in Confessione circa peccata mortalia, non aliàs
ritè confessi, & absoluti: nam si esset mortale, illud ta
cere; multo magis, illud negare. Ita Delugo disp. 16 de
pen. sect. 1. num. 100. Intellige, modò non habeat causam
sufficientem illud tacendi: nam tunc etiam posset negare:

sed, ne venialiter peccet, utatur æquivocatione, secun
dum communes æquivocationis leges.

38. Certum est secundò, mentiri circa mortalia aliàs
ritè absoluta, quando Confessarius de illis sive ut Me
dicus, sive ut index interrogat, tamquam quid necessa
rium ad præsentem Confessionem; esse item mortale.
Sic idem Delugo disp. de pen. 14. sect. 10. num. 272. con
tra Ioan. Sanchez ab eodem citatum, quem contrarium
docere affirmat idem Delugo. Ratio, quia tunc habet
ius Confessarius ad bene hanc Confessionem expedi
dam: & alia parte, cum agatur de mortalibus, est gravis.

39. Certum sit tertio, fateri aliquod mortale, quod
non fecisti, esse mortale: nisi forte ignorantia, vel bona
fides te excuset: ut certè sæpè iusticos, & mulierculas
excusat. Sic Vasquez disp. 91. artic. 1. dub. 7. Ratio est quia
variatur iudicium Confessarii in re graviter pertinente
ad confessionem.

40. Certum sit quarto esse mortale, mentiri circa
veniale, quando tale mendacium datur pro materia to
tali Confessionis: Sic Suarez de pen. disp. 12. sect. 10. n. 6.
& passim alij, præter Philippum Fabrum apud Dianam,
p. 3. tract. 4. resol. 6. v. g. aliquis faceret se obolum esse
furatum, quod revera furatus non est, nec aliam pro
Confessione materiam fessit; peccat mortaliter: quia
tunc penitens est causa irriti Sacramenti.

41. Præter hos quatuor casus, alius non occurrit
in quo sis de peccato mortali sollicitus, si fortè men
tiaris in Confessione, mendacio alias in se minime gra
vi. Quare,

42. Certum sit quinto, quodcumque mendacium
prolatum in aliis materiis, quæ ad Confessionem non
pertinent, gravitatem non contrahere ex eo quod in
Confessione afferatur. Ita Suar. & Vasquez citati à De
lugo de pen. disp. 16. sect. 2.

43. Certum sit sexto, accusare se de peccato veniali,
quod quis non commisit, dummodo alia subdatur ma
teria; non esse mortale: quia jam Absolutio sufficien
ter habet quod deleat.

44. Certum sit septimò, negare mortale ritè abso
lutum, nec faciens ad præsentem Confessionem non esse
mortale, ut ex dictis n. 38. colligitur.

45. Quæritur ergo hic solum, an sit mortale, unum
numero peccatum mortale fateri pro alio: v. g. si quis
occidit Petrum, dicat tamen mala fide, volens celare ho
minem occisum, se occidisse Paulum. Respondeo pec
catum esse mortale. Sic Vasquez quest. 61. dub. 3. & De
lugo de pen. disp. 26. sect. 3. num. 132. ex eo capite, quia
non ritè confiteretur: nam non confiteretur peccatum,
quod fecit, sed peccatum, quod non fecit: licet enim
non teneatur quis ex se explicare distinctè indivi
duationem sui peccati, unde posset in dicto casu dicere se oc
cidisse hominem, tamen non supponere unum
pro alio: quia sic confiteretur peccatum, quod non com
misit pro eo quod commisit.

§. III. Quando nam est obligatio repetendi Confessionem, vel generalem instituendi?

46. Maximè propter mendacium grave in Confes
sione prolatum, repetenda est Confessio & ali
quando generalis plurium annorum Confessio erit insti
tuenda. Ideo de hac re nonnulla hic subnectemus.

Primo igitur, ex necessitate repetenda est, quando in
ipsa Confessione actu sit aliquod mortale peccatum:
quia tunc confessio irrita est, & consequenter reiteran
da. Ita Delugo de pen. disp. 16. sect. 15. n. 597. Hinc
quando deest dolor debitus: quando Confessio sit ex fine
mortaliter malo: quando culpabiliter taceatur aliquod
mortale; debet repeti omnino Confessio. Ubi adver
tunt rectè aliqui ibid. quòd si quis, ante decem annos
v. g. taceat, ex culpa gravi, peccatum mortale in ali
qua Confessione, & postea in aliis Confessionibus
consequentibus huius culpæ non est recordatus, quan
do deinde comperit vitium antiquæ illius Confessionis,
non

non debet obligari ad repetendas omnes confessiones consequentes, seu fortè intermedias bona fide institutas; sed solum illam, vel illas perperam factas: quando scilicet mala fide processit. Ratio huius est, quia Confessiones bona fide exhibite, id est dum Confessionis sacrilegæ non adfuit recordatio, valida fuerunt & fructuosa.

47. Secundò repetenda est ex necessitate Confessio, quando deest debitus ritus Sacramenti Pœnitentiæ. Sic idem *ibid.* Hinc quando deest absolutio: quando deest vel debita intentio absolvendi in Confessario, vel intentio recipiendi absolutionem in pœnitente: quando deest iurisdicção in eodem Confessario; vel propter excommunicationem est impedita? Confessio erit à Fidelibus repetenda.

48. Verùm hic quatuor adverte. Primò, si deest quidem absolutio, sed pœnitens accedit ad eundem Confessarium; non debere repeti à pœnitente Confessionem. Ita idem *ibid.* cum sufficiat quod in confuso cognitionem eorum habeat Confessor, pœnitensque dicat, *Fateor omnia peccata, quæ heri confessus sum*, iuxta ea quæ infra l. 3. c. 2. dicuntur. At si accedat ad alium; tunc sanè oportebit totam Confessionem novo Confessario ritè deponere, ut *ibidem* dicitur.

49. Secundò. Quando Sacerdos habet impedimentum necessarium, ita ut non possit audire omnia peccata pœnitentis, sed aliqua: ut in naufragio, vel articulo mortis ipsius Confessarij; sanè Confessio non ritè repetenda quoad omnia, sed solum quoad non explicite confessa: ut nimirum ab iis directè pœnitens absolvatur.

50. Tertio. Si Confessor est excommunicatus; tunc solum debet repeti Confessio ipsi facta, quando est excommunicatus per nominatam denunciationem, vel propter Clerici publicam percussionem: propter cetera, valida est absolutio: immo licet petatur tunc à pœnitente: & cum petitur, licet etiam impenditur à Confessario existente in gratia, puta per actum contritionis cum id concedatur à Concilio Constantensi, Ext. Martini ad evitanda scandala.

51. Quarto, quid, quando Confessio facta fuit Confessario omninò indocto, vel semidormienti? Respondet, si indocto quacunq; ignorantia, etiam nescienti discernere peccatum mortale à veniali: ut si v. g. homicidium putet esse veniale; dummodo fiat aliquo tandem modo, etiam in communi, peccatum aliquod, seu offensam Dei esse in pœnitente; ne sis sollicitus Confessionem repetere, si bona fide illum adeas, & non culpa qua Confessario velis uti qui tibi mederi non possit: si mala, sollicitus esse debes repetendi totam Confessionem. Ita Suar. de pœnit. disp. 28, sect. 2. num. 12. Ratio aut: quia sub bona fide, tu e. vna parte omnia peccata subiecisti clavibus: ex alia, ad validitatem satis est illa peccati cognitio in communi: ut patet in moribundo, qui ritè absolvitur si solum dixerit se peccasse: at sub mala fide, non es ritè dispositus: quia actu peccas dum confiteris.

52. Quòd si semidormienti confitearis mala fide, certè peccas: unde invalida erit tua Confessio, & integre repetenda. Ita Delugo de pœnit. disp. 16, sect. 1. à numero 606. Denique si bona fide confitearis, & post absolutionem advertas te semidormienti falsum esse; puto non esse repetendam tunc Confessionem, quoad omnia peccata, sed solum quoad illa, quæ attenta minime fuisse propter somnum, quia jam illa non sunt subdita clavibus.

53. Sed quid si pœnitens (ut in praxi occurrit frequentissimè post absolutionem) cognoscit Confessarium aliqua quidem non percipisse, sive propter somnum, sive, quod idem erit, per distractionem mentis, sed quæ illa fuerint non cognoscit? Respondet: in brevibus Confessionibus iterum omnia peccata repetere oportet, qui potest prudenter dubitari de singulis, an ritè fuerint audita: peccatum enim, de quo est dubium an fuerit

in Confessione detectum, debet certò detegere. Enim possessio necessitatis consistendi: cum enim te peccasse, dubium autem sit an de exieris. In Confessionibus, in quibus, non potes prudenter stare de singulis, non obligaris. Sic idem *ibid.* licet erit te in communi fateri ejusmodi dubium, non dubitare, an aliquod peccatum ex tuis Confessionibus adde non teneris, nisi ad Confessionem communi illius dubij, quod tibi dumtaxat expressè est: sicuti obligaretis fateri te mortaliter peccasse, non recordaris quo genere peccati, in eo excommunicatus aliquod patrasse peccatum, illiusque in particulari meminisses.

54. Repetenda est tertio Confessio ratione communicationis non ablata: pœnitente. Explicat Confessor pœnitentem excommunicatum absolutum, catis, non præmissa absolutione à censuris, sed communicatione, validane est absolutio à peccatis consequenter non repetenda Confessio? Respondet, pœnitens bona fide præcedit; valida est, nec repetenda. Ita Suarez tom. 5. in 3. p. de Confessis, disp. 19, numero 10. Ratio est, quia nimis onerosum est, si absolvetur à peccatis, invalidam fecisse peccata Confessionem: nec enim habemus unde colligamus, eleham voluisse irritare illam absolutionem, quæ præmissa absolutione à censuris, exhibita, nulla fuit: par autem ratio est in casu, de quo disputatur. At verò si mala fide exorta est absolutio à peccatis præmissa absolutione ab excommunicatione, irrita erit Confessio ex defectu debite dispositionis: que adeo repetenda, cum tunc fiat contra preceptum grave Ecclesiæ, absolutionem à peccatis ante pœnitentem excommunicationis impendere prohibetur. *ibid.*

55. Petes hac occasione, An quando Confessor præmittit absolutionem à censuris per illa, vel illa verba, *Absolve te ab omni excommunicatione, in quam possumus & indiges*, subiungitque absolutionem à peccatis, inquam, per prædictam absolutionem delectat communicationem, qua pœnitens erat irretitus, sed in memor Confessario nequaquam aperuit? Respondet, posito quod Confessarius habuerit potestatem, ad illam dictionem ad ejusmodi excommunicationem addendam, deleri. Unde postea pœnitens illius recurrens novam absolutionem non indigebit. Ita Coninch. de excomm. dub. 16. n. 217. & de pœnit. disp. 12, dub. 12. Ratio est, quia Confessor semper habet, habetque debet intentionem simpliciter absolutam absolvendi quodcumque peccatum licet potest; servandique partes omnes ad quas non servaret, si absolvere intenderet à peccatis non à censuris. Id quod propter eandem rationem dicitur, non solum in Confessario ordinario, sed etiam in delegato: Sic idem *dicto* dub. 12. n. 92. nec solum censuris non reservatis; verum etiam in reservatis, in absolvente adest circa reservata potestas absolutæ. Idem etiam evenit in peccatis reservatis, ex Suarez de pœnit. disp. 31, sect. 4. num. 13. apud Sanch. lib. 4. in cap. 54. num. 39. si quis enim immemor bona fide se habere, absolvetur modo dicto à Superiore, vel delegato, vel ex facultate Iubilæi, Cruciatæ, &c. licet remanet à reservatis absolutus: quia absolvens intendit absolvere, quantum licet potest, solum in pœnitente remanebit obligatio subdendi directè clavibus, quantum necessario coram Superiore, vel privilegio; sed coram Confessario, potente tamen absolute à mortalibus (illud peccatum reservatum, quoad peccata fide: nam qui mala fide tacet censuram vel reservationem, non absolvitur; quia non est dispositus ad absolutionem, qui rem tam gravem mala fide Confessario aperit.

56. Dixi secundò, (quantum licet potest si)

Respondeo remanens absolutum. Sic Suarez de Censuris disputat. 10. sect. 2. §. in quo cessat, Ratio est, quia in illo, absolvo te à peccatis, involvitur absolutio à quocumque vinculo nato ex peccatis, atque à censuris: cum igitur ejusmodi Confessor supponatur velle licite fungi suo munere, supponetur etiam ab eo censuræ vinculo absolvere: multoque magis id erit in illo articulo mortis, si tunc expressè absolvens intendat per illa verba sola, absolvo te à peccatis, absolvere etiam à censuris. Ad majorem autem certitudinem sic absolvat: Absolvo te ab omnibus censuris & peccatis: quia certum est illud, ego te absolvo, sufficere ad absolutionem peccatorum: quod non est ita certum, licet sit probabilissimum, sufficere etiam ad absolutionem censurarum.

LIBER TERTIVS.

DE ABSOLUTIONE.

CAPVT PRIMVM.

De forma absolutionis.

§. I. Forma ordinaria absolutionis.



MANUEL Sà V. Absolutio n. 1. sic rectè habet. Absolutio is verba necessaria sunt Absolvo te: dicendum tamen, n. est in usu Ego te absolvo à peccatis tuis. Quin etiam imitandus sapientium mos, qui ita absolvens post auditam Confessionem, & impenitentiam: Misereatur tui Omnipotens Deus & dimisit peccatis tuis perducit te in vitam æternam: Amen. Dominus noster Iesus Christus te absolvat, & ego auctoritate ipsius te absolvo: Primum à sententia excommunicationis, in quantum possum & indiges: Deinde te absolvo à peccatis tuis, In nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti. Amen. Passio Domini nostri Iesu Christi, & merita Beate Maria, & omnium Sanctorum & quidquid boni feceris, & mali patienter sustinueris; sint tibi in remissionem peccatorum, in augmentum gratiæ, & exaudiatur vita æterna. Amen: hæc ille.

1. Nonnulli cum Joseph de Augustino in brevi notitia, in fine libri in hunc modum & quiddam ritè proferunt. Et ego auctoritate ipsius te absolvo ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis, & interdicti, in quantum possum, & tu indiges, & quæ sequuntur. Notant autem, quod si penitens non fuerit Clericus; omittitur illud verbum suspensionis.

2. Quem effectum habeat prædicta forma verborum, colligere facile poteris ex supradictis lib. 2. c. 10. à n. 55.

§. II. Forma Absolutionis in necessitate, & brevibus Confessionibus.

4. Vrgente periculo mortis, vel necessitatis, sic Absolves ex Sà loc. cit. Ego te absolvo à peccatis tuis, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. vel ex Joseph de August. citato: Ego te absolvo a b omnibus censuris & peccatis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

5. In brevibus item Confessionibus ut illorum qui sæpè confitentur, immo & in longioribus frequentis populi qui aures Confessoris petit; præstat formam prædictam verba necessaria continentem, proferre dumtaxat. Sic Sà ibid.

CAPVT II.

Qua ratione Confessor peccatorum meminisse debeat, quando ea absolvit.

6. Poteest frequenter contingere, ut sive propter Confessionem valde longam, sive quia necesse fuit absolutionem per aliquot differre dies, ut quando impendenda sit absolutio, Confessor oblivis fuerit peccatorum penitentis. Quæritur ergo quid in hoc casu erit agendum?

7. Communis doctrina habet duo. Primò, quod non oportet ante absolutionem nunc v. g. dandam repetere confessionem alio tempore factam, si idem Confessor (nam si aliter, debere repeti certum est. Quidquid dicant nonnulli quos affert, sed non sequitur Ferrantinus 1. de scand. q. 79. à n. 14.) recordetur vel peccatorum vel status penitentis, vel penitentia impositæ: sed sufficit, si uno verbo se penitens accuset de omnibus quæ prius dixerat, addendo alia si forte de novo occurrant addenda. Ita Suarez de pen. disp. 22. sect. 6. in fine Coninch. disp. 7. dub. 11. Ratio est, quia hæc sufficient ad legitimum iudicium ferendum.

8. Immo si Confessor penitentiam jam imposuerat penitenti: nec est necesse quod meminerit peccatorum, ut dictum est, nec ipsius penitentia impositæ: cum satis sit ex Suar. ibid. recordari illum fuisse confessum, dignumque iudicatum, qui absolveretur: penitentiam, quæcumque fuerit, jam fuisse datam: nec ipsum aliquod novum commississe peccatum: vel si commiserit, ritè nunc aperuisse: tunc enim poterit, nullo alio requisito, absolutionem tutò conferre. Ratio est, quia statim ille recolendus fuerat ad formandum iudicium, taxandamque penitentiam, quæ tum ritè facta supponitur.

9. Secundò, in prædictis omnibus si contingeret majorem confessionem fuisse factam Confessori non iudici, id est qui non habuisset jurisdictionem, ut si quis per priorem prædictam confessionem aperuisset peccata sua non Sacerdoti, vel Sacerdoti non approbato (accidit autem id sæpe in casibus reservatis, pro quibus inferior Confessor non est legitimus iudex: qui tamen solet audire, & deinde facultatem à superiore recipit, ut absolvere in alia sequenti confessione possit) si inquam id contingeret, debet deinde Confessor constitutus jam legitimus iudex iterum audire peccata penitentis: Sic Delugo disp. 16. de penit. sect. 15 §. 3. quia illa